em̄ dicētes: Tūc nūc glia: vbi nūc alt^o stat^o: vbi nūc superbia. et. Cogita quomō ibi per membra quib^o quis peccauit: eisdem et puniatur: ita vt in omnibus membris malus ibi penam sustineat. Cogita etiā de pena interiori: videlicet de remorsu interiori p̄scientię et x̄me eoz qui nō moriet^o. Quis potest sufficient^o cogitare q̄tum doleant: q̄ illam penam modicę laboribus et breui tēpore non euaserunt: Itē interne passionēs maxime regnabunt in eis. Erunt em̄ maxime iracundi et inuidi: et erunt ita simul sic canes rabidi et. Itē recordabunt^o priorū delectationū ad augmentū penę. Tūc ibi lamentabunt^o dicentes: Quid nobis p̄fuit superbia. et. Cogita de duratiōe penarū: q̄ scz nunq̄ sit finem habitura: nō post mille milia milium annoꝝ: imo nō post ānos quot possent in mille milibus numerari: qz nulla est ibi redemptio: nullus finis.

Generalis mod^o meditādi circa extremū iudiciū. Ca. XXIII

De extremo examine cogita: q̄tus tūc fiet terroz. Ipsa em̄ āgelica tuba mirabilis terrēda signa: fulgura: conuulsiones: percutient corda hominū et pauere facient. Cogita si potes magnitudinē irę iusti iudicis venientis contra eos qui eū offende

De reformatione

rūt: et optimum mali terrebut. Imaginare quō
et quā amara fiet ibi diuisio. Ponent enim iusti:
humiles: mites ad dexterā: superbi: inuidi. et
ad sinistram: in eternū a modo non conuēgen-
di. Nunc sunt duo in mola vna in domo vna:
et vnus assumet: vnus relinquet. Cogita quā
timoris: quid horrozis: quid admiratiōis erit
superbis et elatis huius mundi: cū se abiectos:
pauperes: viles et respectos quos isanos pu-
tabant: ad dexteram christi in gloria viderint
assistentes. Tunc penitentiā intra se agentes
dicent: Ecce hi sunt quos aliquādo habuim⁹
in derisum. E contra: iusti stabūt in magna cō-
stantia aduersus eos qui se angustiauerunt.
Cogita quō ibi omnium operū et cogitationū
fiet redditio. Hierusalē enim scrutabit in lucer-
nis: id est: hi qui apparent velut sancti inuesti-
gabunt ibi: et quicquid occultū in eis fuerit ad lu-
men veniet. Testes erunt angelus et diabol⁹:
qui ostendēt nobis omnia que fecimus: vbi et
quando. et. Item propriū scelus et totus mun-
dus dabunt testimoniū cōtra peccatores. Co-
gita quō ibi christus exhibebit passionis sue
insignia: et quō per signa illa exprobrabit no-
bis quod ea contempsimus. Cogita de illo toni-
truo horribili et irreuocabili sententiā: Ite ma-
ledicti in ignem eternū. Cogita de dulcissima

virium anime.

inuitatiōe iustorum ad sempiternā cenā: per illā
vocem: Venite benedicti patris mei. et. Co-
gita quā magna sint opera misericordię et pie-
tatis: cū ea solū christ⁹ ad iudiciū suū adduce-
re videat. Cogita quod iusti ibunt in vitam eter-
nam: iniusti autem in supplicium sempiternū. Et
hec duo loca per chaos magnū diuisa semp
manebunt.

Generales meditationes de glo- ria celesti. Ca. XXIII

De gaudijs supercelestibus imagina-
re locum illū per imaginarias simili-
tudines a sanctis pro nostra capacita-
te inuentas. Est enim ciuitas ex auro mundissi-
mo gemisq; preciosissimis mirabiliter cōstructa.
Singule porte ex singulis margaritis. Est cam-
pus speciosissim⁹ omnium florum pulchritudine
decorat⁹: Ibi estat amenitas: ibi odoris sua-
uitas. et. Cogita optimum potes: optimum erit gau-
dium ex visione sanctissime trinitatis: in qua
reluet exemplar omnis pulchritudinis: omnis bo-
nitatis: omnis suauitatis. Quā videndo omnia
scienda scies: et quicquid volueris in illa habe-
bis. In eius enim visione beatificaberis. Co-
gita de visione humanitatis christi: quō qui
hic fuit propter nos pauper et vilis homo: ibi subli-

De reformatione

mis erit deus et homo. Cogita de gaudio quod habebis ibi ex societate gloriose virginis marie: omniumque sanctorum apostolorum: martyrum: virginum et confessorum: et quod de cuiuslibet gaudio gaudebis et tu. Cogita de dotibus: quas ibi corpus tuum recipiet: que sunt immortalitas: impassibilitas: summa agilitas et maxima speciositas. Cogita de dotibus anime quibus ipsa replebitur: que sunt plenitudo scientie: iusticie et leticie. Cogita ex his dotibus que multa alia consequeris: videlicet securitatem qua non timebis eum: non timebis a temptatione vinci. Inde tibi summa libertas: inde sanitas: inde voluptas: inde amicitia: inde honor: inde concordia. Et breuiter habebis ibi quicquid volueris: et quicquid nolueris non habebis.

Breuis modus meditandi circa beneficia dei. Ca. XXV

Ut circa beneficia dei innumera: aliquem modum habeas meditandi: et memoriam tuam reformati: scias quod in his triplici consideratione poteris tuas meditationes variare et dilatare: ut nunc tua meditatio versetur circa ipsum benefactorem: nunc circa ipsa beneficia que tibi multipliciter elargitur: ut nunc circa ipsum cui benefacit. Considera quod ipse benefactor tuus dominus deus ita tibi benefacit:

virium anime

ut nihil a te repetat: quia nec te nec aliqua creatura indiget. Considera quod sit infinite potentie: cuius potentiam declarat vniuersitas et multitudo creaturarum suarum. Considera quod sit imense sapientie. Et hoc attende ex pulchritudine et ordine totius vniuersitatis. Attende igitur: quod sit bonitatis: quod hic talis tantusque dominus modicum encensolum tibi tribuit: imo quod sit bonitatis quod tantus de tantillo dignetur cogitare. Considera quod sollicita sit tanta maiestas circa te intribuendo beneficia: modo quo tibi maxime expedit. Ab eterno disposuit ea tibi donare: Ab eterno et semper de te actualissime cogitauit: et talia beneficia tibi preordinauit. Ita sollicitus circa te: sicut circa integrum orbem vel vniuersitatem creaturarum. Ita enim hic magnus rex tibi et circa te intendit ac si vacaret a singulis. Et hoc affectum tuum non modicum ad gratitudinem et amorem accenderet: si singula diuina beneficia toto generi humano collata ita tibi attraheres: et ita ex eis te ad gratitudinem intelligeres obnoxium: ac si tibi soli fuisset collata: Verbi gratia: Ac si pro te solo crucifixus esset: et homo factus: propter te solum creasset celum et terram. Et hoc docet nos Chrysostomus. Affectu etiam tanto illa sua beneficia tibi dat: quod si etiam minimum quod tibi daret gratissimum merito deberet esse. Perpe

De reformatione

tua inq̄ caritate dilexi te: Et ex perpetua et maxima caritate donat sua beneficia. Circa teipsum autem: cui tant⁹ donat sua beneficia: attende. q̄ vilis sis: q̄ plen⁹ malicijs et ꝑcupiscentijs: sicut tibi superius satis est ostensum: cum diceret de discussione tui: et ꝑpria cognitione: et de memoria peccatorꝝ. Circa beneficia dupliciter forma meditationes. Primo circa hoc q̄ mala tua tibi benignissime dimisit. Secundo q̄ innumerabilia tibi contulit dona et munerera. Dimisit em̄ tibi tot mala quot fecisti: de quibus supra dictum est: imo dimisit tibi tot quot facere potuisti: a quib⁹ te ꝑseruauit. Attende etiā q̄ longanimit̄ te expectauit in peccatis: et non occidit sicut meruisti. Circa autē beneficia que tibi dedit cogita: q̄ multa: q̄ bona: q̄ utilia: q̄ magna: q̄s enumerabit ea: q̄s intelliget: quis loquet̄? Etiam attende vt hic modum habeas cogitandi. Cogita q̄ tibi dedit dona nature: dona gratie: et dona superexcellētie. Percurre aliq̄ de singulis. Nā i quolibet sūt mlt̄a bona valde. De dono nature est q̄ creauit te et ab eterno te ꝑdisposuit creādū: nō creauit te pecus sed hominē. Dedit tibi visum: auditum. et c. et singulis creauit sensibus ea que sibi congruūt oblectamenta. Item dedit tibi animā imortalem: cui dedit rationem:

virium anime

Ingeniū et industriam: qua omnia materialia posset intelligere. Dedit sibi mentē vel intellectum: qua imateriales spiritus: scz deū et angelos intelligeret. Propt̄ te oīa in terra creauit: omnia elemēta ad tuā vitam: diuersa animalia ad tuū nutrimentū. Dedit dona gratie: ꝑmo q̄ voluntatē tuā ab eo auersam ad se reuocauit: et ei gratiam sue iustificatiōis infudit: que solum ab ipso descendit. Dedit voluntatem vt te velles emendare: temp⁹ et locum ordinauit vt posses. Ad donū superexcellētie spectat: q̄ ꝑpter te misit filiū suū icarnari: vt esset amicus et frater tuus: q̄ ꝑpter te mortuus est: et crucifixus: et seipsum dedit in altaris sacramento: misit tibi spiritū sanctū: et hoc in signaculū acceptationis: in ꝑuilegiū amoris: in anulū desponsationis. Cogita q̄ multa egit ab initio mirifica cum genere humano. Propt̄ gen⁹ humanū locut⁹ ē cū ꝑrib⁹: apparuit in figuris: loquebat̄ in ꝑphetis: eduxit de egypto: induxit in terram ꝑmissionis: et infinita mirabilia operatus est. Et quid autem hec omnia fecit: nisi vt per figuras: per ꝑphetias: intellectū tuū in cognitiōe veri illuminaret: et affectū tuū traheret ad amorem boni.

Sequit̄ vita christi sub cōpendio

De reformatione

collecta. Ca. XXVI

Nihil apparet vtili^o quo salubrius oc-
cupes memoriã tuã: q̃ mysteriũ i car-
natiõis iesu christi. Frequẽt igitur
imo quotidie aliqua hora pertracta in corde
tuo aliqd de vita vel de morte domini tui ie-
su christi. Cogita quõ domin^o deus tu^o post
multas p̃signatiões figurar^{um}: p̃ multa p̃phe-
tar^{um} oracula: misit ãgelum suũ ad sacratissimã
virginem mariã vt p̃sensum p̃beret: atq; i ei^o
vtero conceptus est: z nouem mensibus imo-
ratus. Cogita q̃ dei filius: cui^o magnitudinis
non est finis: fact^o est infantulus: in p̃sepio va-
gãr: p̃anis inuolutus est. Cogita q̃ tanq̃ pec-
cator circũcisus est: vt tu a superfluis cõcupi-
scentijs posses circũcidi. Et nomen accepit vt
iesus vocare^t: vt intelligeres qz suos nõ autẽ
alienos eẽt saluatur^o. Cogita quõ adhuc rex
paruulus: magos ad se traxit ab oriente stella
p̃uia: a quib^o adorãt. Et q̃ ipse esset christus:
testimoniũ adhibent scribe z p̃phetia: de loco
natiuitatis eius apertius declarante. Cogita
quõ ipse primogenit^o creaturę: tanq̃ lege pri-
mogenitor^{um} obligatus: oblatus est in templo.
Cogita q̃ adhuc paruulus fugiendo in egypt^{um}:
regis herodis insidias z p̃secutiones de-
clinãuit. Cogita deinde: q̃ a duodecimo ãno

virium anime

vscq; ad tricesimũ: tanq̃ vn^o de populo incog-
nitus et ignotus: omniũ domin^o latitabat: vt
te doceret vt non surgas ad agenda publice
in quib^o laus z honor conq̃ri poterit nisi pri^o
sederis diuti^o te humiliãdo. Surgite inq̃t p̃^o
q̃ sederitis. Cogita deinde: q̃ ip̃e purissim^o z
mundissim^o ab omni macula: vt omnẽ iusticiã
impleret: a iohanne baptizat^o est: et vt aquas
baptismatis sanctificaret. Cogita qualiter vt
nobis exemplum tribueret temptatiõib^o re-
sistendi: ipse a diabolo temptatus est vicitq;:
atq; nobis dedit exemplum legitime p̃tra ini-
micos p̃liandi. Tunc deinde paucos de mun-
do abiectos homines et hũiles elegit: cũ qb^o
paucis: totũ mundũ incepit gladio p̃dicatio-
nis debellare. Ciuitates circũibat et castra:
noctes ducebat i oratiõẽ peruiigiles. Cæc^o vi-
sum tribuit: surdis restituit auditũ: leproso-
s mũdabat: demones eijciebat. Oes q̃z qb^ous-
cũq; lãguorb^o detetos sanabat: ac multa mi-
racula faciebat: q̃ si per singula scriberent^{ur}: vt
sanctus dicit euangelista iohãnes: tot^o mun-
dus non caperet. Volens autẽ hostiam offer-
re p̃pter quã venerat: allatũ a discipulis a sel-
lum: celi terreq; domin^o ascendit: magno tri-
umpho z laudũ p̃conijs: pueris hebreor^{um} cla-
mantibus: osanna in excelsis. Hierusalem in-

De reformatione

gredit: eiusque ruinā: et animę nostrę cecitatem
et impuritatem: tactus misericordię viscerib⁹
amarissime deplorabat.

De cena domini: et p̄paratione ad
sumptiōz corporis xp̄i. Ca. XXVII

Liter oīa memorialia christi p̄cipua
recordatiōe constat eē dignissimū: fi-
nale illud p̄sūtū dñice cęne: Ideoq̄
nōnūq̄ specialius et deuotius tuas circa illud
formabis meditationes. Cogita igit̄ q̄tę fue-
rit humilitat: q̄ domin⁹ christus cū illis pau-
perculis discipulis suis: p̄cipue cū iuda p̄di-
tore: eadem mensa et scutella cęnauerit. Quę
pedes eorum: humilitatis volens exemplum
arti⁹ imprimere: p̄strat⁹ humiliter abluebat.
Quāteq̄ pietatis et caritat⁹ hoc fuit: q̄ eosdē
discipulos tam dulcibus colloquijs verbisq̄
exhortatorijs confortabat. Sed super omnia
quotidie: et maxime dominici corporis sacra-
menta sumptur⁹: memoriā facias deuotis-
simi illius mysterij quod ibi p̄rimū⁹ erat insti-
tutum. Siquidem postq̄ agnū paschalem ty-
picū cū discipulis suis comedit more iudeoz:
ex tūc verū agnū paschalem comedendū de-
dit. Consecrauit em̄ corpus suū: atq̄ discipu-
lis tradidit manducandū: q̄b⁹ et potestare tri-

virium anime

buit idipsum consecrandi alijsq̄ tribuendi. **S**
vere magna munificētia: **S**iaudita largitas:
Scaritas superexcellēs: q̄ seipsum dedit: qd
poterit negare: Quid ultra faceret: **S**ia que
potuit p̄ nobis fecit: oīa q̄ habuit dedit. De-
dit regnum suū: dedit seipsum. Ideoq̄ in hac
cena dicebat: Hęc quotiēscūq̄ feceritis i mei
memoriā facite. In memoriā scz eoz que p̄-
ter te i carne gessi. Quę p̄pter te derisus: illusus
et crucifixus sum. In mei inq̄t memoriā. **H**ie-
ronym⁹. Hanc nobis memoriā reliq̄t: quę ad-
modū si quis peregre p̄fiscens aliquod pi-
gn⁹ ei quę diligit derelinquat: vt quotiēscūq̄
viderit possit eius beneficia et amicitias cōme-
morari: quę si ille p̄fecte dilexerit: sine ingenti
desiderio vel fletu illō videre nō pōt. Ideoq̄
saluator hoc tradidit sacramentū: vt semp cō-
memoremur qz pro nobis mortuus est. Hoc
igit̄ cum accipimus a sacerdotibus: cōmemo-
remur: q̄ corpus et sanguis christi est: vt non
sim⁹ ingrati tantis beneficijs. Hoc sacramen-
tū oīm sacramentoz excellentissimū: egrotis
est medicina: peregrinantib⁹ diēta: debilesq̄
confortat: valētes delectat: languores sanat:
sanitatēq̄ suat. **F**it homo māsuētor: ad cor-
reptionē: patientior: ad laborē: ardentior ad
amorem: sagacior ad cautelā: ad obediendū

De reformatione

promptior: ad gratiarum actionem deuotior. Item hoc sacramentum sensum munit: et in grauioribus peccatis tollit omnino consensum. Si igitur pro sumptione huius gloriosissimi sacramenti non tam sepe: non tam acerbos mortis iracundie: inuidie: luxurie: et ceterorum huiusmodi: gratias age corpori et sanguini domini: quia virtus sacramenti operatur in te: et gaude quod pessimum vlcus accedit ad sanitatem. Aduerte tamen: quod effectus sacramentorum solet esse secundum dispositionem et preparationem accipientium. Neque enim iudas hec promissa dona accepit qui corpus domini suscepit: si tamen suscepit. Ideoque sumopere studendum est: ut quantum potueris ante eius sumptionem te digne preparares. Qui enim corpus et sanguinem domini indigne sumit: iudicium sibi manducat et bibit. Tria autem sunt que a te exigunt huius sacramenti digna susceptio: scilicet corporalem mundiciam: puritatem conscientie: et actiualem deuotionem. Corporalis autem mundicia aliquando est ex decenti: aliquando necessario requisita. Puritas autem conscientie: preteritum a criminibus: ipsa est necessaria. Ideo vide ut ante te susceptionem huius sacramenti contritionem habeas: atque si fieri potest ante conspectum domini humiliter lachrymas fundas: quibus te laues a peccatis tuis que fecisti: et bonis que omisisti et

viuum anime

non facere potuisti corde: ore et ope. Gregorius in libro dialogorum: Necesse est ut cum hec diuina mysteria agimus: nosmetipsos deo in cordis contritione mactemus: quia qui passionis dominice mysteria celebramus debemus imitari quod agimus. Sequitur deinde confessio omnium peccatorum de quibus te urget conscientia: preteritum notabilia: que omnia expedit ut confitearis: et de ignotis reddas te culpabilem sacerdoti. In his igitur duobus: contritione et confessione: lauas conscientiam ab impuritate. Actualis autem deuotione in te faciunt timor et amor. Timor incurrit reuerentiam: amor autem desiderium et affectum. Habeas igitur reuerentiam et timorem. Terribilis enim est hec mensa: ad quam cum debita reuerentia et congrua vigilantia necesse est ut accedas. Siquidem in hac sacerdotali mensa: nunc presens est christus: et qui ultimam cenam cum apostolis ornauit: ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est qui proposita corpus christi facit et sanguinem: sed ille qui pro nobis crucifixus est christus. Sacerdotis ore verba proferunt: et deus virtute consecrant et gratia. Quomodo igitur tu ad illam mensam: ad presentiam christi: ad tactum filii dei intrepidus audes accedere: quem iohannes baptista tangere contremiscit: petrus apostolorum princeps a se preformidine repulit dicens:

De reformatione

Exi a me dñe quia homo peccator sum: quē tremunt potestates: et adorāt dominatiōes: Dentq; cogita q̄ iste quē sumiserit iudex tu^s. Time igit̄ ne si indigne sumpseris et sine reuerentiā: post mortē inuenias iratū: cū ad ei^{us} tribunal p̄sentat^{us} fueris iudicādu^s. Cogita q̄ licet mille millib^{us} annorū te ad hoc sacramētū p̄ puras orationes: sanctissimas meditatiōes p̄paraueris: nihil esset ad p̄dignā sumptionē: etiā si haberes merita omnium sanctorū: quāto min^{us} tu q̄ tepide: q̄ sine deuotione et sine p̄paratiōe accedis: Itē attende p̄p̄riā uilitatē: mō sup̄ dicto: et reputab te indignū: et acq̄res reuerentiā cōgruā: et hoc maxime ualet p̄ hui^{us} sacramētū digna susceptiōe: ut q̄tum poteris has uilis in oculis tuis. Habe etiā desiderium ad huius reuerendi sacramenti susceptiōnē. Panis est iste: ut dicit beatus Augustin^{us}: esuriam q̄rit hominis interioris. Diuersi autē diuersimode affectū ad susceptiōnē huius sacramenti sibi formant. Aliqui enim trahuntur amore uniois christi: ut dilectū in se sepius amplectent. Aliq̄ trahunt desiderio sanatiōis passionū suarū et malorū desideriorū: ut eū q̄si medicū ad se uocent: per quē ab omni infirmitate curent. Aliquos trahit conscientia delictorū: eo q̄ hoc sacramētū institutū sit i remiss

uirium anime.

sionē peccatorū. Aliquos trahit amor et compassio p̄ximū: ut succurant per hanc hostiam uiuis simul et defunctis: et sic de alijs. Et autē desiderium tuū accendat: cogita q̄ christ^{us} omnium dolores ad se accedentium tulit: et ipse infirmitates n̄ras portauit. Dulter imunda accedens retro sanata ē. Peccatrix pedes osculās mūdāta ē. Chananea dū importune sequitur exaudita ē. Leprosi accedentes curati sunt. Demoniaci: paralitici: et cūcta nature mōstradum accedunt et credūt: salutē p̄sequunt. Mā uir^{us} de illo exibat et sanabat omnes. Publicani et peccatores accedentes ueniā merent: nec eorū conuiuū despexit. Igit̄ cum feceris quod in te est: accede in fide et fiducia sperans de infinita dei pietate. Debes etiā p̄cipue aī hui^{us} sacramētū susceptiōnē: deuotissime christi passionē percurrere. Mā specialiter in memoriam passionis hoc sacramētū legit̄ institutum. Si autē queris: quo affectu te magis debeas excolere: timoris sc̄z et reuerentię: amor et desiderij: An debeas ut multi cū importuna desiderij festinātia anhelare: An ut nonnulli conscientię stimulo et timoris magnitudine: magnitudinem sacramētū attendens et p̄p̄riam infirmitatē considerans: magis debeas frequentius q̄ formidine affectu retrahi et

De reformatione

elongari. Ad hoc sancti responderunt: vtrūq;
affectum cōmendātes: vniuscuiusq; conscien-
tię: quod ei melius visum fuerit: relinquētes.
Festinauit siquidē zacheus vt dominū gau-
dēs in domū suam reciperet. Centurio pprie
vilitatis conscius: repulit eū dicens: Dñe nō
sum dignus vt intres sub tectū meū. 22. Unū
tamen est quod generaliter omnib⁹ tutum vi-
detur: vt scz ex reuerentia timētes: spem z de-
siderium nō relinquam⁹: nec ex spe et fiducia
amittam⁹ timorē et reuerentiā: sed semper in-
ter hęc vtraq; fidētes et timidi fluctuem⁹. Aut
em̄ sanctus Gregori⁹: Nil nobis securi⁹ q̄
sub spe timere. Simpliciter tamen loquendo
dubiū non est: qm̄ melior sit affect⁹ amoris q̄
timoris. Sed quod est simpliciter melius: in
casu est sepe per⁹ et pluribus periculosius.

De generali modo exercitandi se
in passiōe dñi. Ca. XXVIII

Circa passiōē dominicā i qua te p̄ ce-
teris exercitijs ardentius et deuoti⁹
exercebis: vt ea que in sacris euange-
lijs legeris: ad tuā vtilitatē meli⁹ scias reflec-
tere ac dirigere ad ppriam vtilitatem: Scire
debes: q̄ tria sunt in quibus tua consideratio
circa mortem saluatoris nostri fructuosissime

virium anime

speculat. Sunt autē hęc tria: opus: modus: z
causa. Op⁹: vt ipsam passiōem sicut facta a
sanctis euangelistis narrat: studiosa et deuot-
ta mente pertractes: z iuenies christi mirabi-
lem patientiā: z excitaberis tu ad compassio-
nem. Cū autē sacramenti dominicę passiōis
historiam in mente tua reuoluas: vt ad litterā
opus nostrę redemptionis contempleris: dili-
gent⁹ debes ad hñiti: vt quotiens audis chri-
stum vel iesum hoc fecisse vel sustinuisse: p̄ no-
men iesus: in mēte tua representet: non homo
solum: nec solum deus: nec sola deitas vel hu-
manitas: sed in mente formabis cōceptū p̄so-
nę vni⁹ que simul est deus et homo: et in qua
deitas et humanitas sine essentiarū p̄mixtiōe
in vno supposito coegerūt. Itaq; christus vel
iesus cū dicit: de⁹ z homo: id est: persona dei-
tatis et humanitatē designatur: ita vt q̄quid
de⁹ fecisse dicit: hominē fecisse firmit⁹ fide ca-
tholica retineamus: q̄quid homo sustinuit:
deum credamus et cogitem⁹ sustinuisse. Ver-
bigratia. Cum legis christū fleuisse sup laza-
rum vel hierusalem: in mente tua p̄cipies: nō
nudum hominē: qm̄ tunc minus mirabile est
hominem fleuisse. Sic cū audis christū i cru-
ce pependisse: nō hominē solum in mente co-
gita: sed hominē deū: et ampli⁹ miraberis: et

De reformatione

multo plus ad deuotionē accēderis: et moue-
beris ad cōpassionē. Et quidē oib⁹ fidelib⁹ ie-
sus vel christ⁹: deū hoīem rēp̄sentat. S; q̄to
id lucidius et clarius attendere poteris: tanto
eris deuotior in christi vita: morte: miraculis
et factis. Si hominē cogitas: inde tibi faci-
lior cogitatio: quia humanitatē conceptus est
menti tuę p̄p̄inquoꝝ et facilioꝝ. Si hominē
cogitas: inde fiducialius adorabis securiusq;
accedes. Si hominē cogitas: magis mouebit
te eius exemplū: mititas scz: humilitas: man-
suetudo: q; meli⁹ intelligis qd sit homo mitis
et humilis q̄ de deo. Si deū cogitas: inde om-
nia quę fecit et patit̄ vel loquit̄ vel respondet:
magis videbunt̄ cordi tuo admiranda: reue-
rēda: terrifica: et metuēda. Et cū dicat̄: Hym-
no dicto surrexit iesus. Si hominē iesum ima-
ginaris: hęc est tua deuotio: q̄ dulcis hō: pi⁹
et mitis surrexit: volēs ire et se offerre ad mor-
tem. Si deū hominē attendis: id est: ita iesum
concipis quasi personā deitatis et humanita-
tis: statim cū dicat̄: surrexit iesus: etiā si nil pl⁹
audis: aliquid mirificū menti tuę rēp̄sentat
scz q; deus surrexit et ad mortem iuit. Ita de
omnibus factis: et maxime verbis et respōsi-
onibus christi. Hunc nos modū de christo vel
de iesu meditando: sacra euangelia docēt: quę

Virium anime

tere nullū factum vel miraculū referunt i quo
christi simul humanitatem et diuinitatem nō
manifestet. Ita inuenies in christi baptismo:
temptatione: miraculis: et maxime in plurib⁹
locis in passione. Nam aduersarios p̄strauit
deitate: sol obscuratus est: clamans voce mag-
na emisit spiritum: ita vt etiam ex hoc centu-
rio gentilis deum intelligeret. Ex humanita-
te autē omnia passus est. Irē hunc modū ha-
buit in suis meditatioib⁹ deuotissim⁹ doctor
Bernard⁹. Ait enī super cantica. Siquidem
inquit cum nomino iesum: hominē mihi p̄pono
mitem et humilem: corde benignū: sobriū: ca-
stum: misericordem: et omni deniq; sanctitate
et honestate perspicuū: eundem ipsum deum
omnipotentē. Sumo mihi itaq; exemplū de
homine: auxiliū de omnipotēte. Scdo circa
opus passionis christi: vt magis accēdaris ad
cōpassionē: debes diligēter aduertere: quo-
tenscūq; legeris in passioe christi aliquas pe-
nalitates sibi inflictas: eodem genere penali-
tatis seu eodē gradu penarū christū in sua pas-
sioe vltra omnē hominē fuisse afflictū. Quod
ex multis causis poteris cōsiderare: quę te vt
passiois christi amaritudinem senties: multū
mouebunt si bene cōsideraueris. Quisquisq;
enī homo in eodem gradu penalitatis pl⁹ mu-

De reformatione

nusve patit: q̄to penā plus senserit: sicut nō-
tum est. Tanto aut̄ quisq; penā facili⁹ et acri⁹
sentit: q̄to fuerit natura viuatioz: ⁊ sensus ei⁹
facilius percipit: sed christ⁹ erat natura viuā-
cissimus: ideo quelibet pena sibi inflicta erat
ei grauissima. Logita ḡ si illa crucifixio et illa
clauatio manū ⁊ pedū: de q̄ p̄pha ait: Fode-
rūt manus meas et pedes meos: alteri cuius
hoīm fuisset intolerabilis: q̄to grauior ⁊ acer-
bior christo in sua natura delicatissima: nobi-
lissima et viuacissima. Item s̄m Augustinū:
christus nō patiebat nisi volens. Ipse enim
passiones voluntarie sibi assumpsit: et tantū
patiebat: q̄tum voluit seu sponte assumpsit:
Xps aut̄ patiebat vt satisfaceret p̄ pctō n̄o:
Credendū ē q̄ ipse p̄fectissime satisfecit: ⁊ igit̄
amarissimā etiā penam assumpsit. Peccatū
em̄ p̄mi hominis pena īfinita īdignit̄ ad satis-
faciendū. Et hęc ratio ē Bonauēturę. Itē erat
pena eo grauior quo a peculiari suo poplo in-
flicta: cui merito dicere poterat: Popule me⁹
qd̄ tibi facere debui ⁊ nō feci: tu autē qd̄ mihi
peius retribuere poteras q̄ fecisti. Item pe-
na christi erat in omni sensu: ī omni membro:
sicut inuenies si bene opus passionis in mēte
tractaueris. Itē deuote imaginare interiorē
christi penalitatem: q̄ forte exteriorē pena nō

Virū anime

erat minor: imo forsitā multo maior. Quę in-
terior pena causabatur in eo ex nimio zeli ser-
uore pro humano genere: in quo tamen ad
maiorē partem videbat passionem suam fore
inutilē p̄p̄t̄ maliciā. Itē hęc interior pe-
na surrexit ex maxima compassione suę dilec-
tissime matris. Item ex miseratione iudeoz.
Item ex dolore discipuloz ⁊ peccatoz eoz: ⁊
maxime iude. Item ex nostra cecitate ⁊ igra-
titudine. Cum autē legeris vel ī mente reuol-
ueris: quō christus fuit flagellat⁹: irrisus: de-
lusus: conspurus: crucifixus. ⁊c. noli solū co-
gitare de pena exteriorē: s̄ ita dominū iesum
respice ī talibus penis quasi hominē deū ex-
terius sūma penalitate afflictū: et etiam vltra
q̄ humana mēs comprehendere potest inte-
rius tribulatū et dolorosum. Et vere si ita re-
spicis christum in quauis afflictione constitu-
tum: si non condoles: valde mirandū est: cum
reuera si perfecte cōprehenderis animal bru-
tum ita inexplicabili pena affligi: humanitatē
affectu cōpatereris: q̄to magis domino deo
tuo. Et hoc de opere. Circa modū autē pati-
endi si diligens fueris et deuote rīmaris: inue-
nies p̄cipue humilitatē: mititatē: et generaliter
omniū virtutū perfectū exemplar imitan-
dum. Et autē modū patiendi in christo in te

De reformatione

melius sentias: debes in omnib⁹ que de christi passione legis vel cogitas semper in mente tua reuoluere: quō christus se habuit in verbis: in rñsionib⁹: in factis: in pñs: quō se habuit tā interi⁹ q̄ exteri⁹: et quō illa. put loco et personis congruebāt: optimo modo formabat: et hoc poteris in euangelio inuenire: vel certe si ibi nō est expressum: ex teipso formare. Nā nullus christianus ignorat: quin in omnibus optimo mō se habuit. Igit̄ de modo ita debes cogitare. Cū: verbigratia: legis: Stetit iesus añ pilatū p̄sidem. et. Cogita p̄mo modum stationis: q̄ humilis fuit: forte inclinato capite: demissis oculis. Deinde de modo plantationis verborū: q̄ leni et dulci voce deprompsit: ita vt te delectaret audire aliquē hoīem ita loquentē. Nā vox eius non min⁹ dulcis: q̄ facies decora. Deinde cogita quō interi⁹ se habuit: et planū est q̄ stetit cū sūma hūilitate: nō habens inuidiam contra pilatū et iudeos: sed compassionē. Sic cogita quādo iudei clamauerūt: Crucifige: crucifige eū. et. quō christ⁹ ea audiuit. Certe sūmo dolore: ex compassionē et zelo: et tamen exteri⁹ humilit̄ se habuit. Et sic omnia pertracta: imitans modū christi se habendi s̄m loca et tēpora: et inuenies omnem virtutē ī christo: et optimū modū quo se

virium anime

habere potuit. Maxime aut̄ diligenter attende modū: quo interior se habuit compassiōe vel zelo. et. Circa tertū scz causam: ita semper lege et cogita de passione redemptoris tui: vt scias qz tu es causa. Passus ē em̄ ppter tuam redemptionē: illuminationē: iustificationē et glorificationē. Itaqz semper attrabe tibi: et b̄ beneficiū quasi p te solo passus sit: vt supra dictū est. Item cogita semper q̄cquid legeris vel cogitaueris: quasi dicat tibi christ⁹: Hoc feci vt tu sequaris vestigia mea: te humilies: patiens sis: tollas crucē tuā et sequaris me: qz non est s̄uus super dominū suū.

C Passio christi breuiter collecta ad modum fasciculorū. **Prim⁹ fasciculus.** Ca. XXIX

Fasciculus mirrhe dilectus me⁹ mihi inter vbera mea cōmorabit̄. Loquit̄ aia deuota: designās se christi amaritudinem simul collectam: iugiter in suo pectore circumferre. Et autē etiā tu q̄cūqz memoriā tuā per meditationē mortis christi reformare desideras: in p̄mptu habeas fasciculos qui ē memoria tua cōmorent̄: passionē christi hie tactam solūmodo ordine euāgelistarū inseruiamus cōpendiose: vt ex illis paucis: s̄m illa tria

De reformatione

que dicta sunt: op^o: modū z causam: habear.
materiā copiose meditandi: et de paucis plu-
rima colligas. Cogita igitur quō solēni illa cō-
na: de qua supra dictum est celebrata: z hym-
no dicto: christus deus et homo: videns ap-
propinquare temp^o suum: surrexit vt iret ad
montem: hoc est op^o quod fecit. Cogita igitur:
vt supra dictum est: de modo quomodo se ha-
buit intus et extra: eundo: fugam discipulorū
p̄dixit: petrū asserit se ter negatur: et alia que
loquebat: hoc itez op^o. Cogita: q̄ modo ex-
teriori x̄ba illa deprompsit: et quali interiori
ptulit affectu. Et sic facias vbiq̄: nec op^o est
semper repetere. Assumpto petro: iacobo et
iohāne ait: Tristis ē anima mea vsq̄ ad mor-
tem. Relicti illis solus orat in mōte: finita ter-
tia vice oratione: ex imaginatiōe mortis et in-
terno dolore et timore: fact^o est sudor ei^o sicut
sanguis: inuēs p̄ hoc ineffabilem penā suā:
nam de nullo vnq̄ aliquid tale legim^o. Tunc
angelus suū dominū cōfortauit. Cogita quō
christus inimicis suis obuiauit: z spōte se ob-
tulit: z eos verbo suo in terram p̄stravit. De-
inde a iuda osculatur: a iudeis capitur: trahit:
vincitur: et ad domū annę adducit: et omnes
discipuli fugerunt. Et hic sit tibi fascicul^o vn^o
memorie cōmēdand^o. Et hic si placet: potes

virium anime.

diligenter aspicere christū: q̄s sit iste qui p̄-
ritur ista: vt te subdas ei per ratiōis assensum.
Crede igitur z cogita ipsum eē veracit^o dei filiū:
oim p̄ncipiū: saluatore^o oim z retributore^o oiz.
Fasciculus secund^o. Ca. XXX
In domo annę confessus veritatem
a suo neq̄s percutit. Cogita hic op^o:
modū et causam: vel saltem aliquod
eoz: sicut tibi congruit. Deinde in domo cay-
phe: vbi scribę z pharisei expectabant: addu-
citur: illuditur: percutit tanq̄ blasphem^o: fal-
sum testimoniū queritur: nō inuenit. A pon-
tifice adiurat: A petro ter negatur. Sed chri-
stus petz respiciens: exire et flere amarissime
compulit. Dane autē fact^o: ad pilatū vincit^o
ducit. Cogita modū quō ipsi ducebāt eū: qz
pessimo tanq̄ latronē vel malefici. z. Cogita
modū quō ille iuit: qz humillimo et patientissi-
mo. z. Judas vidēs qd̄ petebant christū ad
mortē: tm̄ in se doluit qz tā dulcē hominē tra-
didit: vt se laqueo suspenderet: et retulit pecu-
niam cū qua emptus est ager: sicut p̄dixit hie-
remias. Coram pilato multipliciter innocen-
tē accusat: mittit ad herodem: et ab eo vt fatu^o
deludit et irridet. Hic diligentissime cōside-
ra qualis est qui patit: z ei configurare: vt cō-

De reformatione

pariaris innocentissimo: mirissimo: amatissimo: et nobilissimo. Et hic sit fasciculus secundus.

Fasciculus tertius. Ca. XXXI

Post hec petentibus hoc iudeis: dimitte pilatum barraban: et tradit iesum crucifigendum: victus importunitate iudeorum et timore cesaris. Tunc iesus: more et schemate regum multipliciter illudit: chlamyde induit: spiritus coronatur: ariditate percussus: et ut rex in derisum adoratur. Hic homo cogita modum: attende causam: quomodo scilicet christus se habuit: et quomodo iudei se habuerunt. Causam quare tanta sustulit. Videns ut crucifigatur: propriis portat patibulum: populus sequitur: et mulieres flentes: Quibus ait: Nolite flere super me. etc. In montem ducitur caluarie: et crucifigitur. Et hic diligenter pertracta modum crucifixionis: Aut enim primo crucem erexerunt: et christus ascendit ad crucem: Aut certe crucem posuerunt ad terram: et christus super eam posuerunt. Nam alius modus non apparet. Et quocumque fuerit modus reuolue quod sit lamenterabilis. Et hic tertio specialiter uenit considerare: quod sit iste qui tanta patitur: ut ad ipsum possis egredi per admirationis aspectum: quia imensus est potestate: speciositate: felicitate: eternitate. Admirare igitur maiestatem admirabili: speciositatem decolorari: felicitatem tor-

virium anime

mentari: eternitatem mori. Et hic sit tertius fasciculus.

Fasciculus quartus. Ca. XXXII

Pendens iesus in cruce sitit. Cogita operum quomodo christus pendet. Cogita modum et causam. Cogita quod sitit: orat pro crucifixoribus: blasphematur in cruce: et irridetur a persequentibus: a principibus: a latrone. Titulus uerissimus et indelebilis: iesus rex: inscribitur. Stat mater iesu dolorosa sub cruce: quam christus respexit: et iohanni commisit: fuerunt tenebre. Designas tandem gratia sua esse pena: et quod humanitas quodammodo fuit deserta: eo quod non fuit redundantia uirium supernarum quibus fruebatur: ad inferiores quibus patiebatur clamabat: Hely: hely. etc. Accepit aceto consummatis iam omnibus: cum nihil restabat agendum: clamans alta voce emisit spiritum: Innuens quod si uellet: quod diu uellet uiuere: et quod nullus animam suam a se tolleretur: sed quod ipse eam sponte poneret. Et hic debes considerare assimilationis amictu: quali forma passus sit. Passus est enim sicut uerus agnus liberalissime respectu proximi: seuerissime respectu sui: obedientissime respectu patris: prudentissime respectu aduersarii. Stude igitur ad habendum habitum secundum effigiem imitationis christi: scilicet benignitatem: seueritatem: humilitatis et spiritus

De reformatione

uitatis. Et hic sit tibi fasciculus quartus.

Fasciculus quintus. Ca. XXXIII

Litronū ossa p̄fringunt: christi os nō
minuit: ne figura de hoc euacuet: La-
tus eius aperit vnde p̄fluūt ecclesie
sacramenta: velum templi scindit: sepulchra
mortuoz aperiunt: vt inde mortui i die resur-
rectionis cū christo resurgerent. Hic conside-
ra q̄ta p̄ te passus sit: et crucē amplectere p̄
passionis desiderū: vt sicut ipse passus est in-
iuriam: conuitia: ludibria: supplicia: sic et tu
passionē christi imitādo amplectere p̄ eo om-
nem passionē plenā iniurijs: conuitijs: suppli-
tjs: ludibrijs. Et hic sit fasciculus q̄ntus.

Fasciculus sextus. Ca. XXXIII

Diffusio christi nō solum memoriam re-
format per deuotā meditationē: nec
solū inflāmat desiderium ad deuotio-
nem: quinimo p̄cipue illustrat intellectum: et
ducit ad cognitionē veritat̄. Sicq̄dem i vni-
uersitatis cognitione maxime septē erāt clau-
sa ante christi passionē: q̄ sunt in eius passione
referata. De q̄bus intelligi p̄t illud Apoc.
Aperta sunt signacula eius septē. Primū sig-
nacuū fuit deus admirabilis: qui per crucem
manifestat̄ ē esse sūma sapientia: in eo q̄ dia-

virium anime

bolum decepit: sūma iusticia inq̄tum quest-
uit redemptionis precū: sūma misericordia qz
tradidit pro nobis filiū. Secundū signacuū
fuit spiritus intelligibilis: qui manifestatus est
per passionē: q̄te sit benignitat̄ q̄tum ad an-
gelos: qz christum permiserunt crucifigi: q̄te
dignitatis quo ad homines: nā p̄t eos chri-
stus crucifixus est: q̄te crudelitatis quo ad ve-
rones: qui dominū deū suū fecerunt crucifi-
gi. Tertiū signacuū est mundus sensibilis: q̄
in morte christi p̄batur esse locus tenebrarū: in
quo regnat cecitas: quia lucē veram nō cog-
nouit: sterilitas qz christum infructuosum re-
putauit: impietas qz innocentē condemna-
uit. Quartū signacuū fuit paradus: q̄ per
crucem apparet esse locus plen⁹ glorię: leticię
et opulentię: in eo qz christus p̄pter eius resti-
tutionē fact⁹ est vilis: pauper et miser. Quin-
to per mortē christi infernus manifestatus est
esse plenus omni egestate: vilitate et pauper-
tate: qm̄ si hęc christ⁹ passus est p̄pter pecca-
ti deletionē: multo maḡ damnati hęc pat-
entur p̄pter iustam operū retributionē. Sex-
tum signacuū fuit virt⁹ laudabilis: q̄ per cru-
cem christi p̄batur esse preciosa: speciosa et
fructuosa. Preciosa: qz christ⁹ ante voluit vi-
tam corporalem perdere q̄ contrariari virtut-

De reformatione

N. Speciosa: quia in stumelijs relucebat virtus. Fructuosa: quia vnus perfectus actus virtutis infernum spoliavit: celus aperuit: perditum restaurauit. Septimus signaculum per crucem apertum est: in eo quod apparuit reatus culpabilis quod detestabilis sit: cum ad sui remissionem indigeat tam magno precio: tam grandi piaculo: tam difficili medicamento. Et hic sit fasciculus sextus.

De exercitio orationis. Ca. XXXV

Breviter et compendiose materias tetigimus in quibus ut plurimum versantur devotionis meditationes. Sed si vis amplius meditationes tuas in talibus dilatare: stude ex divinis libris plurimam materiam de his colligere: et ad tales materias trahere studia divina scripturarum. Si quidem lectio scripturarum: meditationibus semine ministrat unde meditatio affectum generet: affectus ad orationem recurrat: quod fructum vere obtulit impetret. Hec sunt utiles occupationes devotionis: si bene assumantur lectio: meditatio et oratio. Sed quia de lectione et meditatione aliquid diximus: pauca etiam de oratione dicamus. Scendum igitur quod orationes possunt esse duplices. Quaedam enim sunt plures: sicut septem horarum canonicarum. Quaedam breuiiores: quibus homo formatur: sicut affectus eius suggerit: vel necessitas vel

virium anime.

fidem postulat. Ante orationes longas et maxime matutinas et vesperas: ut supra tactum est: debet se homo preparare per aliquam devotam meditationem de morte: de iudicio: de peccatis: et consimilibus: ut ante orationem concipiat aliquem affectum timoris: amoris: admirationis vel spei. etc. quia ex talibus affectibus orationis surgit omnis virtus et vigor orationis: sicut Augustinum. Breves autem orationes: quas Augustinus ad prebendam: iaculatorias nominat: ubique et in omni loco: in labore: in studio debes mittere ex fervido desiderio: nunc pro expugnatione vitiorum: nunc pro liberatione penarum: nunc pro remissione peccatorum: nunc pro regno celestis patrie. De his brevibus orationibus dicit Cassianus: et Augustinus ad prebendam: quod sancti presbiteri in egypto orationes breves quidem: sed creberrimas: uti fieri censuerunt. Licet autem corporis necessaria etiam a deo petere debeamus: multo tamen frequentius petenda sunt nobis divina gratie et celestis glorie. Ardenter ergo debemus petere pro veris virtutibus: pro expurgatione vitiorum. Maxime autem semper in omnibus orationibus nostris debemus habere ante oculos illa vitia que magis nos infestant: et contra que nos amplius repugnamus: et cum gemitu et singultu pro illorum extinctione dominum depre-

De reformatione

cari. Habeas etiam te quibusdā signis admō-
nitum: quibus ad orationē exciteris: ne ex pī-
gritia tua negligas: vt videlicet oves quotiens
te exire ptingat: sicut sancti patres facere con-
sueuerunt: s̄m Hieronymū. Itē quādo te ap-
prehendit temptatio ne succūbas: quādo de
excessu increparis: et de p̄similibus. Ora etiā
nōnūq̄ p̄ defunctis: qz p̄sū est: vt dū in eter-
na vita fuerint: pro te orare nō negligāt. Cla-
mant ad nos quotidie: Misere mei miseremini
mei. r̄. Si quando h̄o diffidit tua cō-
scientia ad deum orare: cōscia suoz excessū:
arripe illud gen̄ oratiōis quod obsecratio di-
citur: id est: roga aliquē sanctorū vt p̄ te depre-
cetur clamando: Sancta maria ora pro me.

De reformatiōe volūtatis: p̄mo a
culpa. Ca. XXXVI

Dico de reformatiōe intellect̄ et me-
moriz̄: cōsequenter agendū est de re-
formatione volūtatis. Sed qz non
solum vires anīme sunt destitute in lapsu p̄mi
hominis: s̄ quia heu multi p̄ actuale peccatū
spoliati sunt gratia dei et culpa p̄p̄ta reformati-
ōis: Idcirco duplici indigent volūtatis refo-
matione. Prima: qua eis infundatur gratia et
iustificatio. Secunda: qua pronitatis volū-

virū anime

tatis et inclinatio appetitū refrenet. Prima
reformatio: de qua nō nisi modicū dicemus:
qz nō est tm̄ ad p̄positū sicut sc̄da. Secūda fit
per penitentiā: que tribus partib̄ p̄stat: con-
tritione: confessione: satisfactione integratur.
In naturalibus dicit̄ res conteri: qm̄ res du-
ra frangitur vel iminuit̄ in partes minutas.
Ita similitudinarie cor hominis durū dicit̄:
q̄diu auersum a deo moratur in peccatis: nō
cedens diuīne motiōi trahētī voluntatem a
peccatis. Tūc conteri dicitur: qz ab illa obsti-
nata et duritia molliet̄ et frangitur. Sine hac
contritione: gratia que per peccatū mortale
amittit̄ nūq̄ recuperat̄. Laue ergo h̄o cor du-
rum et insensibile: a quo gratia diuina resilit.
Est autē cor durū s̄m Bernardū de cōsidera-
tione: quod nec compunctiōe sc̄ndit̄: nec pie-
tate mollietur: nec mouet̄ precib̄: minis nō ce-
dit: flagellis durat̄. Nihil autē tantū valet cō-
tra cordis duritiā: q̄tum compunctiō: de qua
superi⁹ satis dictū est. Post contritionē sequi-
tur confessio simplex: humilis et fidelis. Hu-
milis: vt cum vera compunctione peccata no-
stra confiteamur: nō recitando sicut fabulam:
Sicut quidam faciūt: qui spiritū cōpunctio-
nis non habent. Nam qui spiritū cōpunctio-
nis p̄ sui discussionē eo mō quo supra dictū ē:

De reformatione

acquisierunt: facile in lachrymas prumpit: imo sepe peccata sua sine lachrymis dicere non possunt. Sit etiam humilis: ut humiliter et subiecte te habeas ad confessorē: in omnibus te sibi subiiciēs ad satisfaciendū: et tanq̄ in omnibus assistens iudici loquere et responde. Sit etiam humilis: ut non dicas quedam: que licet turpia: tamē propter aliquam secularitatem inde velis laudari: sicut quidam qui acute disputando aliu superauerunt. **cc.** Sit etiam simplex: ut non excuses intentionē: sed simpliciter quicquid conscientiam remordet confitere. Et ut fidelis p̄fitearis: potes mos defectus quotidianos: s̄m Antoniu: in scriptis notare. Sit etiam fidelis: ut in spe venie confitearis. In saluo iure: debes meliori que inuenire poteris p̄fiteri: et maxime viro spirituali: cui p̄scientiam tuam possis committere: et consilia ab eo recipere: et cui in omnibus acquiescas. Satisfactionē ad confessoris arbitriu p̄mpto animo adimplebis: eo q̄ sine satisfactione penitētia non sit integra: ideo neq̄ sufficiens.

De locū superiorē et occupationē exteriorē voluntas ordinata de suo refu-

git: s̄ ex ip̄io suscipit. C. XXXVII
De secunda autem reformatione: qua in

virium anime.

dirigito voluntatis ac pronitas appetitū per deuota et sancta exercitia sub freno rationis moderatur: Sciendum est q̄ debite ordinata voluntas: in multis aliter vult et velle debet ex suo: aliter ex aliorū imperio vel forsitan bonorū consilio. Atq̄ aliter reformatur voluntas respectu sui: alit̄ respectu superioris. Siquidem de ratione voluntatis bene ordinatę et reformatę existit: ut semp sibi velit vacare: vitare tumultus: nonūq̄ tamē superioris imperio cogit̄ inuita exterioribus officiis deseruire. Breuiter autē sicut ad presens occurrit: specialit̄ sunt duo in quib⁹ ordinata voluntas semp ex suo vult aliud et aliud ex aliorū imperio vel forsitan consilio. Sunt autē hęc duo: exterior occupatio in tumultu: et gubernatio aliorū siue locus superior. Hęc enim duo: voluntas ordinata ex suo semper debet refugere: ac etiā cū cogit̄ debet ea non ex desiderij libidine suscipere: sed poti⁹ p̄pter on⁹ caritatis tolerare. Nam humilis obedientia in omnibus iniunctis fidelit̄ et humiliter est implenda: et semper obedientia exercitijs p̄prijs est anteponenda. Super his sunt innumera dicta sanctorū. De exteriori em̄ occupationē dicit Bernard⁹: Absit absit ut qui deo vacat: ad tumultuosam aspiret frat̄ officialiū vitā.

De reformatione

Martha semp̄ insufficiens sibi et min⁹ idonea videat: alijq; magis id operis qđ administrat optet imponi. Item de his duobus loquitur Augustin⁹ xix de ciuitate dei. Itaq; ait a studio cognoscende veritatē nemo prohibet: qđ ad laudabile pertinet ocū. Locus hō superior sine quo regi populus non potest: et si teneat atq; administratur vt deceat: indecent tamē appetit. Quobrem: ocū sanctū q̄rit caritas v̄tatis: negociū iustū suscipit necessitas caritatē: quā sarcinā si null⁹ imponit: precipiēde atq; intueđe: vacandū est veritati. Si autē imponit suscipienda est ppter caritatē necessitatē. Hec Augustin⁹. Idē asserit Gregori⁹ sepissime in libris moralium. Idē dicit Thomas de adq; no in. ij. q. dxxxv. Nemo ergo sua voluntate sibi debet assumere honorē: nisi qui vocatur a deo vt aaron: nemo ad exteriores tumultus nisi coactus aspirare. Sz sunt nōnulli qđ spiritualibus tedio victi: exteriora ministrare tota voluntate cupiunt: et a superioribus suis importunitatib⁹ licentiā acq̄runt. Alij hō superbia supati: nec p̄tenti i humili statu: similit cogunt superiores suos molestijs: vt p̄sentiat qđ ad altiora conscendant et graui⁹ inde ruat: qui tamen in eo se credunt imunes a peccato: eo qđ habeat licentiā superioris: sed decipiūt

virium anime

miseri seipso. Nam deus non irridetur. Nā vt ait ille deuor⁹ Anselm⁹ in libro suo: de similitudinib⁹: licentiā qđ op⁹ seu factū excusat: nō autē volūtate. Nō igit̄ excusat tuā volūtate: qđ tm̄ ad alta anhelas: ad superiora aspiras ascendere: qđ habes superioris licentiā: imo etiā si sine molestia vel importūitate tua te promouerit: tu autē let⁹ et volūtari⁹ libent̄ assumis locū superiorē: non excusaris. Nā obedientia s̄m Augustinū: q̄tū in prosperis habet de suo: intantū hominē non excusat: sed ipsa libido voluntatis obedientiam annihilat. Esau benedictionē pdidit dū foras tanq; ad tumultum egressus esset: q̄uis licentiā sui p̄ris. Ita qđ q̄tum ad hęc duo: tunc voluntas est ordinata: cum hoc de p̄rio q̄tum in se est: totis viribus refugit. Sed si cogat necessitas: obedientia tract⁹ suscipit. Ita ergo i omnibus esto prompta voluntate subiect⁹: vt tamen q̄tum in te est: non separeris a rachelis amplexib⁹: nec periculose inuoluaris mūdi tumultibus: vbi flant varij venti temptationum. De alijs autem reformationib⁹ volūtatis: scz ad deū: ad equalē. et. satis patebit ex postea dicēdis.

Quod aliter pugnandum est contra vitia carnalia: aliter contra spiritalia.

2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50

De reformatione

lia. Ca. XXXVIII

Secūda volūtatī reformatio: de qua diximus: per expurgationē vitioꝝ acquiri. Nam extincti nocui desiderijs quibus trahit: volūtas erit ordinata et reformatā: Ideo de extirpatōe vitioꝝ et expurgatiōe concupiscentiā in sequentib⁹ erit dicendum. Et p̄mo in generali: postea in singulari: de singulis vitijs capitalibus. P̄mo ergo sciendū: q̄ aliter expugnāda sunt vitia carnalia: aliter spiritualia. Carnalia em̄ meli⁹ vincuntur per fugā et remotionē omnis occasiōis qua possit memoria circa obiecta horū vitioꝝ generari. Spiritualia autem facili⁹ vincunt si homini inter alios plures conuersantalia fiant continua exercitia quibus ipsa spiritualia vitia irritata hominē inquietēt: vt ita tandem homo impatiens suę inquietudinis: viriliter resistendo vincat. In carnalibus igit̄ apprehende fugam: In spiritualibus quere et desidera vt his tibi fiant contraria exercitia: vt passio tua irritef: et irritata tandem velut fatigatiōe sua i se sopita resiliat et requiescat.


De mō opādi maib⁹. Ca. XXXIX

In vitijs autem carnalibus si vis venire ad victoriā: deuita ante omnia

virium anime

oculum: quod ē sentina omniū vitioꝝ: p̄cipue autē carnaliū. In desiderio est em̄ ois ocio/losi memoria versatur et agitatur demonibus et desiderijs infinitis. Sed videndū est hic: cur operemur manibus: et quare non iugiter spiritualibus adhareamus. Secūdo qualia op̄a manualia p̄ ceteris debeamus operari. Tertiō quō se homo in opere manuū exercebit in spiritu ad pietatem. Ad p̄mū: multiplicē in dictis sanctorū poteris responsionē inuenire. Cum em̄ tu sis fragilis: nōdū totus spiritualibus effectus: idcirco oportet te interdū cor poralibus occupari: ne tedio vict⁹ relinquantur spirituale: sicut angelus domini visibiliter ostendit beato Antonio. Inde est quod Cassianus dicit: Qui iugiter non est cōtent⁹ aliquid manibus operari: non potest diutius in cella remanere. Item: cum tu sis plen⁹ malis concupiscentijs: oportet te p̄mo cor tuū expurgare duris laboribus ante q̄ in spiritualibus iugiter quiescas. Inde dicunt doctores: q̄ quis huiusmodi occupatio inq̄stum occupatio retrahat hominem a vacatiōe spirituali: Inq̄stum tamen impedimenta vacationis remouet: scz cōcupiscentias multū iuuat et promouet ad vacandū. Itē tercio cor nostrū va-

De reformatione



gum est: et fluctuat inter cogitationes varias sicut nauis in mari: oportet igitur ut ligetur anchora: ope videlicet manuali: ut dicit Cassianus. Item quarto: minores occasiones temporandi habet diabolus in nobis occupatis quam ociosis. Hieronymus: Semper te diabolus inueniat occupatum. et. Occupatus enim ab uno demone impugnat: ociosus vero innumeris demonibus deuastatur. Item quinto: opus manuum admonet nos de peccato et lapsu nostro. Nam in statu innocentie non laborassemus cum fatigatione. Dico autem: cum fatigatione: licet enim ad eius iussum fuerat ut operaretur paradysum: non hoc fecisset cum dolore et fatigatione: sed cum quiete et dulci contemplatione dei in visibilibus secundum Augustinum super genesim. Pro lapsum vero dictum est homini: In sudore vultus tui. et. Item de labore manuum habes ut sis liber et non indigeas applaudere alijs. Potes etiam nonnumquam tuis laboribus pauperibus subuenire: et amplius laborare: sic legitur de sanctis patribus in egypto. Item ex labore manuum duriori: sepe exprimitur dulcis compunctio secundum Bernardum. Item labor durus admonet nos: ut intendamus illuc ubi labor: nullus: quies summa: quia sex diebus operabimur: septimo autem die: post quem alius dies non erit: dicit spiritus ut quiescamus

virium anime

Quod si liberis careas non multum doleas: nescis enim quales essent quos haberes. Nam vix potest esse quoniam in eis vel eorum vxoribus aut maritis filiarum vel in filiis filiorum aut filiabus defectum aliquem repies te medullitus tristitanti. Deius ergo videtur esse cordi tuo ut liber sis a liberis: ne liberi te diuersis modis occupantes a te tollant animi libertatem. Pertimescendum valde est si multas habeat quis ples: coram parentis exagitur circa transitoria: nec curat quomodo

modo habeat diuino modo multa habeat. Unde beatus Gregorius in moralibus Job: super illo passu: Nati sunt ei filii septem. Sepe ad auariciam concupiscentis allicit fecunditas proles. Eo enim ad ambitum congregande hereditatis accenditur: quo multis heredibus fecundat. hec Gregorius.

De carentia fratrum et consanguineorum. Cap. III.

Ratum de carentia fratrum vel consanguineorum non doleas: quod vel sic est quod habitos diligeres: vel non diligeres. Si ipsos non diligeres: ut quid eos habere velles? Si vere ipsos diligeres: teipsum in regno celesti plurimum impedires. Quippe seruire deo regnare est. Sed profecto quod deo profecte seruire desiderat: necesse est ut carnalem consanguineorum affectionem postponat. Unde Ambrosius. Cui portio deus est nihil debet curare nisi deum: ne alterius impediat necessitati munere. Quod enim ad alia officia confertur: hoc quidem religionis cultui decerpit. Hec enim vera est sacerdotis fuga: abdicatio domesticorum: et quedam alienatio carissimorum: ut suis se abneget qui seruire deo gestit vel eligat: hec Ambrosius. Insuper si fratres vel consanguineos habere desideras: cura de spiritualibus: de quibus in libro patrum sic legit. Sunt ornati moribus et caritatis vinculis velut qua-

dā germanitate cōstricti. hec sibi. Et nōne magis q̄ carnalis vera est illa fraternitas vel cognatio: quā nō sanguinis vicinitas: sed morū cōformitas et animoz vnitas in ch̄risti caritate solet opari. **Uñ Hieronym⁹.** Vera illa necessitudo est et xp̄i glutino copulata: quā non vtilitas rei familiaris: nō p̄ntia tantū corporoz: nō subdola ⁊ palpās adulatio: sed dei timor ⁊ diuinaz scripturaz studia cōcliāt. hec **Hieronym⁹.** Deniq̄ nō carnalis fraternitas siue cōsanguinitas heredes regni cōstituit: s̄ quorū est pulchra et casta generatio cū caritate: hoz fraternitas seu cognatio tanq̄ filioz dei p̄ris heredes dei cōstituit: coheredes autē xp̄i. Ex his igit̄ restat q̄ de cognatione carnali minime est curandū: s̄ de sp̄iali illoz quibus est in hereditate salutis et̄naliter cōgaudendū.

De carentia et defectu nataliū honestozū. Caplm. III.

Proterea de defectu nataliū n̄ erubescas: qz si tu sis honestus nō est tibi curandū qualib⁹ parentib⁹ sis natus. **Uñ Augustin⁹.** Undecūq̄ homines nascant̄: si parentū vitia nō sectant̄ honesti ⁊ salui erūt. **Uñ Chrysol.** Nūq̄ de vitijs erubescam⁹ parentū: sed vnū illud queram⁹ vt semp amplectemur virtutē. **Uñ etiā Hieronym⁹.** Masci de adulterio non

est eius culpa qui nascit̄: sed illi⁹ qui generat. Et itez. **Dñs** noster iesus xp̄s voluit nō solū ⁊ alienigenis: s̄ etiā de adulterinis cōmixtionibus nasci: nobis magnā fiduciā prestās: vt qualicūq̄ modo tñ vt eius vestigia imitemur ab ipsius corpore nō separemur: cuius p̄ fidē mēbra effecti sumus. **Hec Hieronym⁹.**

De carentia nobilitatis. Ca. V.

Queterū de ignobilitate generis nō turberis: quia si velis prestantiorē nobilitatē cōsequi poteris. **Hec** profecto illa est: que nō ex diuitijs tēporalibus: sed ex thesauris or̄i sp̄ialibus. **Uñ** in decretoz volumine dicitur. Nos qui possumus nō ex locoꝝ vel generis dignitate: s̄ moꝝ nobilitate innotescere debemus. **Uerū** qd de ea generis nobilitate multū curas quā deus parū curat. **Uñ Hierony.** Sola apud deū libertas est nō seruire pctis. Sūma apud deū nobilitas ē clarū esse virtutibus. **Uñ ⁊ Chryso.** Ille clar⁹ ē: ille s̄blimis est: ille nobil⁹: ille tūc integrā nobilitatē suā putet si dedignetur seruire vitijs ⁊ ab eis supari. **Uñ ⁊ iterū Hiero.** Ille apd̄ deū best potior: nō quē nobilitas generis: nec dignitas seculi: sed quē deuotio fidei et sancta vita cōmedat. **Et ideo vt hortatur idem Hieronym⁹.** Nulli te vnq̄ de generis nobilitate p̄ponas: nec ob-

scuriores quoslibet et humili loco natos te inferioriores putes: nescit religio nostra personas nec conditiones hominum sed animas inspicit. hec Hieron. Igitur saltim apud religiosas mentes inter nobiles genere et ignobiles non est differentia: quod si forte apud non religiosos fuerit: non est cura. At tunc etiam quod plerumque nobilitati vitium est annexum: et ideo de ea minus est curandum. Unde Hieron. Plerumque nobilitas carnis ignobilitatem parit mentis. Unde et Gregorius. Nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis: ut minus se in hoc mundo despiciant: qui plus se ceteris alii quid fuisse meminerint. hec Gregorius. Sed profecto melius est nobilem hominem habere interiore et mentem: quam exteriori et carnem: quia secundum mentem homo est factus ad dei imaginem: et mens superior pars est anime et caput eius. Minime etiam te potest impedire ignobilitas generis ne gloriosus efficiaris. Unde Chrysostomus. Quid prodest ei quod sordidant mores clara generatio: Aut quod illi generatio vilis quem mores adornant: Ipse enim vacuus se ab omnibus bonis actibus ostendit quod gloriatur in parentibus. Et iterum. Velis est de contemptibili genere clarum fieri: quam de claro genere contemptibile nasci. Qui enim de claro clarus nascitur: gloria claritudinis eius non est eius solius: sed etiam et generis. Qui autem de contemptibili genere da

nus egreditur: tota gloria claritudinis eius est solius. Qui vero de contemptibili genere contemptibilis nascitur: omnis turpitudine illius est eius solius. Ideo melius est ut in te glorietur parentes quam tu in parentibus. hec Chrysostomus. Multo ergo melius est nobile esse seu perfectum in persona propria siue per conditiones personales et quasi essentielles: quam per contractas a parentibus conditiones extrinsecas et quasi accidentales. Si quod enim bonum in nobilitate est: illud solum in virtute consistit. Unde Hieronymus. Nichil aliud video in nobilitate appetendum: nisi quod nobiles quadam necessitate cōstringuntur ne ab antiquorum probitate degenerent. Unde et Boetius. Si quod est in nobilitate bonorum id esse arbitror solum ut imposita necessitudo videatur ne a maiorum virtute degeneret. Igitur qualiumcumque parentum filius dicaris: non poteris esse ignobilis nisi sola opinione. Sed nobilis es in veritate: si tamen non per vitia te degeneraveris.

De aliquorum de parentela vilitate vel indignitate. Capitulum VI.

Oportet enim inde non turberis si de tua parentela humiles quosdam habes et ignobiles. Nam si inde turbaris: hoc ideo est: quia inde verecundaris: quod plane ascribitur tue superbie. Proinde de nimis tu de ipsis ut de magis humilibus ha

beres potius gloriari: et ipsi de te tanquam de superbo et vitioso possent erubescere. Glorieris igitur de ipsis ut de exaltatis: ipsi vero de te erubescere possent: et tu magis de te humiliando. Regula enim hec seu diuina sententia irrevocabiliter stabit: qua dicit: Qui se exultat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabit. Consulo itaque ut pares tibi illos estimes et si non maiores: muta iudicium et te estimes viliorē et inferiorē vel secundum interiorē hominē. Et certe verum estimares si non mundi iudicio: tamen celi: pro ut patebit in iudicio universalis. Quid igitur tibi de exteriori nobilitate generis: et cur de ignobilitate exteriori aliquorum tue parēte erubescas. Sunt enim illi forte magni coram deo faciente hoc eorum humilitate: quorum interioris nobilitatis claritas evidentius finaliter apparebit: quando nobiles mundi obscurabuntur et in exteriores tenebras mittentur.

Septimus liber continet consolationum remedia oportuna contra illa turbantia que opponuntur diuitijs et rerum facultati. Et habet capitula. V.

- I De consolatione super diuitiarum siue rerum temporalium carentia.
- II De pditione pecunie et aliarum rerum.

III De abdicatione vel relictione temporalium

III De paupertate.

V De penuria.

De consolatione super diuitiarum siue rerum temporalium carentia. Ca. I.

Primo igitur tristari non debes de diuitiarum seu rerum temporalium carentia: propter multa que operari solent mala. Unde Bernardus. Huius quod post illa non abijt que possessa nos onerant: amata inquinant: amissa cruciant. Et iterum. Diuitiarum amor insatiabilis longe amplius desiderio torquet animam quam refrigeret usu suo: utpote quarum acquisitio laboris: possessio timoris: amissio plena doloris est. hec Bernardus. Unde et Augustinus. Abijce a te diuitiarum onera: abijce vincula non voluntaria: abijce anxietates et tedia que te pluribus annis inquietant. Et iterum. Creditis rebus nostris nullum malum earum accepimus precium quam nos ipsos: implicati enim talibus nostri non eramus. Et iterum. Aurum amplius cruciat apud quem largius fuerit: aurum amatum se nihil de sua possessione permittit: refundit et reatum suum cui usum negat. Et iterum. Aurum est macula laborum: piculum possidentium: aurum eneruatio virtutum: aurum malus dominus: pditor seruus.

Et iterū. **M**orbū diuitiarū est supbia: nam grandis animus est qui inter diuitias isto morbo nō temptatur: sed maior animus diuitias vincēs cōtemnēdo. hec Augustinus. Unde etiā Chrysoſto. Diuitiarū sequela est luxuria: tra intēperans: furor iniustus: arrogantia: supbia: oīsq; irrationabilis motus. **U**n̄ et Petr^o Rauēn. Auri custos: seruatoꝝ argenti securitatē nō habet: nescit quietē: et cui deest securitas quies perit: pena diues est ille et non censu. Unde et Beda. Familiaris res est: humanū cor opibus ac libertate dissolui: erumnis ho ac paup̄tatib^{us} ad semetipsū recolligi. Deniq; multū est difficile habere diuitias et cor nō apponere: dicēte dño in euāgelio: Ubi est thesaurus tuus ibi et cor tuū. Sed piculosum valde est cor apponere: immo et mortiferum. Corde em̄ spinis attacto: necesse est hominem mori. Et certe diuitie sūt spine: teste saluatore in quodā loco euangelij: Ubi et Gregori^o testatur dicēs: q̄ diuitie spine sūt: qz cogitatio nū suarū punctionib^{us} mentē lacerant: et cum vsq; ad peccatū pertrahūt: quasi inflicto vulnerē cruētāt. hec Greg^o. Bene igit̄ est mortiferū cor apponere. **U**n̄ et ne hoc piculū incurramus: p̄monuit nos dñs p̄ os p̄phete dicēt: Diuitie si affluant nolite cor apponere. **Da**

tor em̄ cura est sibi de corde: a quo dependet interioris hoīs vita spūalis: sicut a corde carnali vita carnis. Sine autē magno piculo potest manus apponi hmōi spinis: nō ad eas manu cōprimendū siue concludendū: s̄ amouendū per largitiōē elemosynarū: aperiendo largā manū ad distribuendū. Insuper diuitie possesse saltē absq; p̄mptitudine eas relinquendū p̄ter deū: disciplinatui christi derogant. **U**n̄ ipse christ^{us} in euāgelio: Om̄s inq̄t qui nō renūciauerit oībus que possidet: nō potest me^{us} esse discipulus. Et p̄ter predicta mala attēde qd̄ dñs in Eccl̄astico: Si diues fueris nō eris immunis a delicto. Et rursus i euāgelio: Quia diues difficile intrabit in regnum celoz. Igit̄ bis om̄ibus malis cōsideratis: attēde verba Bernardi dicētis: Querat diuitias paganus qui sine deo uiuit: querat iudeus qui terrenas p̄missiones accepit: Sed qua mēte xp̄ianus diuitias q̄rit postq̄ christ^{us} bt̄os esse paupes p̄dicauit: Et sectare illud salubre Ciceronis documentum vtilitatis pariter et honestatis. Plenū diuitijs inq̄t sine diuitē esse: tu ho p̄fer virtutē diuitijs. **N**ā si voles diuitias cum virtute cōparare: vix satis idonee tibi videbitur diuitie q̄ virtutis pedisseque sūt. hec ille. Et ideo legit̄ de Socrate thebano: q̄ cum ad

philosophādū athenas pgeret: nō putans se posse ⁊ virtutes simul ⁊ diuitias possidere: magnum pondus auri in mare proiecit dicens: Abite pessime diuitie: ego vos mergā ne ego mergar a vobis. Nō solū ergo carendū est diuitijs: sed sūt etiā spernēde atq; abijciēde: non tamē inutiliter sed in vsus pauperū merito: ne virtutib⁹ obicē ponāt. Et euacuādū est cor dīs scriniū ab eis ne ipm onerēt et inquietent. **Uñ Hieron.** Si inquit habes vēde ⁊ da pauperibus: si non habes grandi onere liberatus es. Fertur autē ⁊ Bernardū: audito q; sextēte marce p quendā abbatē sibi transmissē: essent spolio depdite: hec verba dixisse: Bndictus de⁹ q; nobis pepcit ex hoc onere. S; ⁊ de diogene legit: q; cū ei a capite fur de nocte sacculū cū nūmus subtrahere conaret: tolle inquit infelix vt facias vtrosq; dormire. Ex pdictis ergo breuiter collige q; virtutes sunt opibus pferende: Quia scdm Bernardū: vere diuitie nō opes: sed virtutes sunt: quas secū cōscientia portat vt in eternū diues fiat.

De perditione pecunie ⁊ aliarum rerum. Caplm. II.

Insup nō doleas de pecunie vel aliarum rerū pditione siue alioꝝ dānoꝝ illatiōe: s;

potius gaude de tuipsius conseruatione vel alia vtilitate. **Uñ Seneca.** Omnia pdidisti: sed cū oibus perire potuisti: Noli cōqueri q; incidaris: gaude q; euaseris: Qui se habet nihil pdidit. Et iterū. Pecuniam perdidisti: o te felicē si cū illa auariciā pdidisti: s; si illa manet apud te: es tāto felicior quo tanto malo materia sbducta est. hec Seneca. Sed nonne est melius pecuniā vel alia temporalia: et cū illis etiā auariciā pdidisse: q; in piculo perditionis suipsi⁹ māsisse: Audi adhuc ⁊ alia vba eiusdem. Pecuniā inqt pdidisti: et illa q; multos: eris nūc in via expeditioꝝ: domi tutioꝝ: exone rauit te fortuna si intelligis: et tutioꝝe posuit loco. Damnū putas s; remediū est: reflex: gemis: miserū te clamitas q; opib⁹ excussus es: tuo vitio ista tibi iactura tā tristis est: nō tam moleste ferres si tanq; perditurus habuisses. Hoc etiā te poterit cōsolari: q; forte res illas quarū amissionē deplozas nō semp habuisti. **Unde Greg⁹.** Magna p̄solatio in rerū amissione est illa tēpora ad mentē reducere: quib⁹ nos p̄tingit res quas pdidimus nō habuisse: vt dū vnusquisq; intuet q; aliqui illa nō habuit: dolorē tempet qd amisit. hec Greg⁹. Item ex hoc merito debes p̄solari: quia tua nō erāt que pdidisti. Audi de hoc exemplū qd Sene

ca narrat de quodā. Strilbon inquit capta p̄ria: amissis liberis: amissa vxore: cū ex incēdio publico solus et tamē beatus exiret: interrogari demetrio: nunquā oīa pdidisset: Respōdit: nihil perdidit: oīa bona mea mecū sūt: Iusticia: X̄tus: prudētia: Nihil em̄ bonū putare potuit nisi q̄ eripi nō posset. Unde Ambro. Non sūt inquit bona hoīs que secū ferre nō potest. Scias etiā q̄ ablatio seu p̄uatio rerū in terris amatarū magnū parit fructū. Vult em̄ deus q̄ homo iā celestis factus: desū pure diligēs: et que sursum sūt sapiens: minimā curā habeat de his que sūt sup̄ terrā: et q̄ amores hoīs a deo se nimis nō elongēt: p̄sertim ad terrena. Demū sancti viri rebus amatis etiā licitis se priuare solēt: vt ab illicitis facilius se abstineant. Unde Greg⁹. Habent inquit sancti hoc p̄priū: nā vt semp ab illicitis longe sint: a se ple-rūq; licita abscondunt.

De abdicatione vel relictione temporalium. Caplm. III.

Alterū nō tristeris de abdicatione et relictione temporalium: nec timeas defectū eorū. Vñ Chryso. Bialia fecit deus p̄pter hominē: hominē p̄pter ipsum. Vñ Hugo in dīdascalico. Vide homo dicit mūd⁹ quō amē

uit te q̄ p̄pter te fecit me: seruo tibi qz fact⁹ sū p̄ te: vt tu seruas illi q̄ fecit me et te: me p̄ te et te p̄ se: si sentis bñficiū redde debitu: si accipis benignitatē redde caritatē. h̄ Hugo.

De paupertate. Caplm. III.

Sergo animalib⁹ ministrat p̄pter hominē: quomō hoīb⁹ nō ministraret p̄pter seipsum: Vñ et Hieron⁹ Paupertatē times: s̄ beatos paupes x̄ps appellat: de cibo cogitas sed fides famē nō timet. S; et psalmista dicit: Facta cogitatu tuū in domino et ipse te enutriet. Vñ et Thomas de aquino. Licet ille q̄ dat oīa p̄pter x̄pm s̄trahit sibi aliqd̄ auxiliū vite: nō tamē om̄e: qz adhuc manet ei auxiliū diuine p̄uidētie: que ei in necessarijs nō deerit et fidelium deuotio. Et iterū. Ille q̄ dimissis oīb⁹ p̄pter x̄pm spem habet vt sustētetur a deo: nec p̄sumptuosus est nec tēptat deū: tū q̄ fiducia debitā de deo habet ex diuina auctoritate conceptā: tū qz remanēt fideles deuoti p̄ quos ei potest et debet satisfieri. Vñ etiaz Augustin⁹. Tu xp̄iano: tu dei seruo: tu bonis operibusredito: tu dño suo caro aliqd̄ existimas defecturū: an putas q̄ qui x̄pm pascit a x̄po ipse nō pascat: An putas frena deerunt quib⁹ celestia et diuina tribuūtur: Unde bec

Incredula cogitatio: vñ impia z sacrilega meditatio: Audi et Hieronymū. **Christus** inquit est omnia: vt q̄ ppter christū omnia dimiserunt: vnū inueniat pro oibus: z possit libere clamare: pars mea dñs. **Uñ Augustin⁹.** Nō displiceat tibi paupertas tua: nihil pōt ea diti⁹ inueniri. **Uis noscere q̄ locuples sis:** celum emit. **Uñ etiā Chryso.** Paupertas inquit est portus trāquillus: nihil opulētius eo qui paupertatem sponte diligit et cū alacritate suscipit. **Uñ Leo papa:** Semper diues est christiana paupertas: nec pauet in isto mūdo indigētia laborare: cui donatū est in omnīū rerū dñs omnia possidere. **Operantib⁹ ergo que bona sūt:** nō oīno est metuendū: ne eis desit facultas opan di. **hec ille.** Nempe ppter paupertatem voluntariam a deo amaris. **Uñ Cassiodorus.** Pauperes xpī sūt vitīs vacui: sed virtutib⁹ pleni: sūt respecti hoībus: s̄ acceptabiles deo. **Itēz p̄ eam ad p̄fectionē vie:** z ad p̄riam celestē minaris. **Audi de primo Origenē.** Ille inq̄t qui vt fieret p̄fectus tradidit bona sua paupibus: nō in ipso tempore quo tradidit fiebat omīno p̄fectus: s̄ ex illa die incepit speculatio dei adducere eū ad oēs virtutes. **Uñz Ambrosius.** Silendi patientia: oportunitas loquēdi: z cōtēptus diuitiarū sūt maxīma fundamēta vir

tutū. **Audi de secūdo Chryso.** Paupertas est manu ductrix quedā linea que ducit ad celū. **Uñ et Augustinus.** Via celi est paupertas p̄quā venit ad patrē: **Incipe erogare si nō vis errare.** **hec Aug⁹.** Insup paupertas p̄fert quietē. **Uñ Greg⁹.** Quid in hac vita laboriosius q̄ terrenis desiderijs estuare: **Quid q̄tius q̄ nihil huius seculi appetere:** **Itē cōfert securitatē.** **Uñ itidē Greg⁹.** Magna est securitas cordis nil cōcupiscētie habere secularis: qui nihil habet in mundo qd̄ diligit: nihil est in mundo qd̄ pertimescat. **hec Gregorius.** Item tanq̄ mater z nutrix custosq̄ mūdissime religionis est. **Uñ Iacobus.** Religio mūda z immaculata est immaculatū se custodire ab hoc seculo. **Qd̄ glosator sic declarat:** Qui inq̄t temporalia nō diligit: immaculatū se ab hoc seculo custodit. **Cōstat autē q̄ temporalia nō diligere p̄riū est volūtarie paupertatis.** Deniq̄ paupertas volūtaria graue iugū seruitutis excutit. **Uñ dicit in Ecclesiastico:** Pecunie obediūt oīa. **Et certe obedire cui oīa obediūt sc̄z pecunijs: est p̄culdubio tanq̄ irratio nabilis dñi valde graue iugum seruitutis.** **Et certū est q̄ ab illo iugo seruitutis q̄s paupertate volūtaria liber redditur z immunis.** **Ideo etiā paupertas est expeditiua.** **Uñ Gregori⁹.** Qui mibi onus diuitiarū abstulit: ad curren-

dū citius expedit: ad patriā liberius inten-
dimus: qz quasi in via pondere caremus. Itē
est medicinalis: et sepe materiā subtrahit vi-
tū. **Uñ Greg^o.** Quos morū infirmitas vul-
nerat: eosdē paupertatis medicina sanat. Item
paupertas primus gradus est quo ad pfectionē
ascēditur. **Uñ Saluator** ante oīa alia ad pfe-
ctionē disponētia: si vis inquit pfectus esse:
vade vēde oīa que habes et da pauperibus.
Ad ppositū autē de primo gradu **Eusebius** ex-
pressius est locutus. **Cū** inquit celeste regnū
in multis bonis cōsideret: p̄mus grad^o scan-
dentū ipsoꝝ est: qui diuino intuitu colūt pau-
peratē. Itē paupertas meliōrē sortē accipit.
Regnū enī celoꝝ hereditarie est ipsoꝝ paupe-
ri: **Hobilla** vero huius seculi sunt diuitum.
Huius quidē sortis diuisio figurata videt̄ in
libro geneleos: vbi abraā filijs concubinarū
largitus est munera: filio autē suo nato de libe-
ra dedit cūcta que possidebat. Itē facit in ce-
lestibus abūdare. Per paupertatē enī volūta-
riā oīa ppter deū relinqntē: potest hō thesau-
ros in celo multiplicare vel augere. **Hui^o** nī-
mirū rei testis est ipsa veritas. **Vēde** inq̄t oīa
et da pauperibus z habebis thesauros in celo.
Demū paupertas volūitaria ipm deū cōstituit
paupis thesaurariū. **Potēs** enī est de^o te po-

stū paupis seruare in illū diē eternitatis iu-
sus iudex. **Rursū** de paupertatis miseria gau-
dere deberes si scires quanta ob illā tibi bona
acciderent. **Mempe** post verba illa pphetica:
Beatus qui intelligit sup egenū et pauperez:
sequitur in pphetia: **In die mala liberabit eū**
dñs. Quibus verbis alludēs **Petr^o Rauē.**
sic ait. **In die mala** sine causa accusat pecca-
tū quē paupertas excusat: imo accusari nō po-
terit quē fames paupis excusauerit. **Diē** vero
malā videbit q̄ diem iudicij sine aduocatione
paupis intrauerit. **Hec** ille. **Nimirū** paupertas
sic est dei et paupis vnitiua: q̄ ipse deus vult
omnino intelligi in paupis psona. **Uñ Rauē.**
Beatus inq̄t qui intelligit sup egenū z pau-
perē. **Oremus** igitur vt ipse nobis intelligere
intelligenda cōcedat: qui se sic in paupere in-
telligi demōstrat: vt ipse qui celū regit in pau-
pere nudus: sic esuriat in esuriēte satietas re-
rū: in sitiēte sitiāt fons fontū. **Esuriui** inq̄t zc.
Ecce deus in celo panē comedit: quē pauper
in terra p̄cipit: et qd paup accipit in poculū:
deus sibi testat̄ infusum. **Et** quidem nō suffe-
cerat dicere: **Dedistis** mihi manducare z bi-
bere: sed p̄mittit: **Esuriui: sitiui:** q̄a paruus
fuisset amor paupis q̄ pauperē suscepisset: nī-
siet passiones pauperis assumpsisset. **Nam** z

amor verus nō pbatur nisi in passionib⁹. hec
 Rauēn. Porro nō odias preciosa et amabi-
 lē paupertatem: utpote quā ipse deus amat.
 Huius pfecto rei primū et infallibile signum
 est: qd dei filius eam sibi ipsi assumere voluit.
 Nā ecce in euangelio de matre eius dicitur:
 qd pepit filiū suū primogenitū: et pānis inuol-
 uit eū et reclinauit eū in presepio: qz nō erat ei
 locus in diuersorio. Rursum vbi dñs pro tri-
 buto soluendo petrū misisse dicitur ad piscā-
 dum: Blasator dicit: qd tanta fuit paupertas xp̄i
 vt vnde tributū daret nō haberet. Rursū cū
 in tēplo predicasset: circūspectis oibus cū ias
 vespa esset: exiit i bethaniā cum duodecī: vbi
 glosa dicit: circūspect: si quis eū hospicio sus-
 ciperet. Tante em paupertatis fuit: et ita nullū
 adulatus: vt in tāta vrbe nullū inueniret ho-
 spitiū. Rursus de xp̄o illud Chren. intelligit:
 Recordare paupertatis mee. Deniqz paup-
 tas xp̄i crescēdo pcessit. Quippe in natiuitate
 pānis inuolutus est: et p domo habuit stabu-
 lū: et p cuna presepiū. Deinde nō habuit ho-
 spitiū: Juxta illud qd dixit: Vulpes foueas
 habent et volucres celi nidos: filius autē ho-
 mis nō habet vbi caput suū reclinet. In pas-
 sione vero etiā pprijs vestibus spoliatus est.
 Insup vt dicit Bernar. accedit ad cōsolatio-

nē pauperū ipsa q pastoribus exhibita est vi-
 sitatio: et allocutio angeloz. De vobis diuiti-
 bus qui hic vestrā habetis cōsolationē vt non
 mereamini habere celestē. Ergo consolamini
 cōsolamini popule meus dicit emanuel: id est:
 nobiscū deus. Ipse etem saluos faciet: nō qd
 auget sed populū suū a peccatis eozū. Deni-
 qz populū suū cōsolari venit: vtqz populū hu-
 milē quē saluū faciet: nā oculos supborū hu-
 miliabit. Vis nosse populū eius: Tibi dereli-
 ctus est paup. Ipse vero dñs ait: De vobis di-
 uitibus qui habetis hic cōsolationē vestram:
 vtiā in eo populo nos inueniri semp optem⁹
 cui nō dicit: ve: sed quē cōsolabitur dñs deus
 suus. Quis em cōsoletur eos qui suā habent
 cōsolationē: hec Bernar. Demū tu qui ppter
 paupertatē desolaris: plenā vtiqz cōsolationem
 haberes si nosses quāta pte diuitibus benefi-
 cia et fauores deus oipotens impendit et im-
 pensurus sit paupibus. Nā ecce xp̄s in prin-
 cipio doctrine sue: beatos esse paupes pdica-
 uit. Unde in euāgelio: Beati pauperes spū.
 Christus paupes dignos iudicat sua mensa.
 Unde in Luca legūtur paupes ad cenam dñi
 introducti. Deus pauperes adiuuat. Vñ in
 psalmo: Adiuuit pauperem de inopia. Deus
 pauperes elegit. Vñ Jacob⁹. Nōne deus ele-

Liber

gūt pauperes in h̄ mūdo: Deus exaudit pau-
peres. **Uñ** in psalmo. Desiderium pauperū
exaudiuit dñs. Deus memor ē pauperū. **Uñ**
in psalmo. Nō in finē obliuio erit pauperis.
Deus de pauperibus est sollicitus. **Uñ** iterū
in psalmo. Ego autē medicus sū et paup: dñs
sollicitus est mei. Deus est refugiu pauperū:
Juxta illud psalmiste. Factus est dñs refugi-
um pauperi. Deus est pauperū fortitudo: te-
ste **Esaiā** ad deū loquēte. Factus es inq̄t for-
titudō pauperi: fortitudo egeno in tribulatio-
ne sua. Deus pauperes saluat. **Uñ** psalmista.
Parcet inquit pauperi et inopi: et aīas pau-
perū saluas faciet. **De** assumit paupes dere-
lictos. **Uñ** psalmista deo loq̄ns ait: Tibi dere-
lict⁹ ē paup. **De** spes ē pauperū et exultatio.
Hinc Esaiās dicit. In ipso sperabūt paupes:
et in sancto israel exultabūt. Deus nōnūq̄ de
pauperū exequis puidens ipsos ab angelis
deportari facit ad locū quietis. **Uñ** in **Luca**
dicit: Factū est vt moreret medicus et porta-
retur ab angelis in sinū abrae. Deniq̄ vt vno
verbo dicat: Tāta est dilectio dei ad paupes
vt bonū vel malū qd fit pauperi: sibi reputat
fieri. Unde ipse dicit: Quod vni ex minimis
meis fecistis mihi fecistis.

De penuria. Capitū. V.

Octauus Fo. xlii.

Porro nō turberis de penuria que prece-
dit: habebis em̄ māna qd succedit. **Uñ**
populo israelitico in deuteronomio dictū esse
reperitur. Afflixit te penuria et dedi tibi cibū mā-
na. Et sequit. Dñs deus tuus introducet te in
terrā bonā vbi absq̄ penuria comedes panes
tuū: et rerū oīm abūdātia pfrueris. Istud im-
pletur in futuro suo modo: et nihilominus
impletur ad minus pro sustentationis necessi-
tate etiā realiter in hac vita. Sane huius rei
impletionē is sperare habet: qui viceversa dei
voluntatē implet: cuius executionē xp̄us sibi
p cibo deputat. Deus inquit cibus est vt fa-
ciam volūtātē eius qui misit me. Qui ergo h̄
in hoc cibo communicant tanq̄ serui dome-
stici sciētes et adimplētes voluntates dñi sui:
nō mirū est si illis implet qd de victu p̄mittit.
De penuria etiā seu indigētia victus et vesti-
tus nō tristaris: si hoc qd contra te et tibi siles
christus in euāgelio dixit aduerteres: Nolite
inquit solliciti esse dicētes: qd māducabim⁹ aut
qd bibem⁹ aut quo opiemur: scit em̄ p̄ vester
q̄ his oīb⁹ indiget. Querite q̄ p̄mū regnum
dei et iusticiā eius: et hec oīa adijciētur vobis.

Octauus liber continet cōsolationū
remedia oportuna cōtra illa turbati-

ua' que opponuntur amicitie et societa-
ti. Et habet capla. IX.

- I De consolatione super carentia siue
amissione amici.
- II De separatione amicorum.
- III De perditione amicitie scz antique vel
prioris.
- III De mala societate ineuitabili.
- V De carentia humani fauoris.
- VI De relictione ab amico.
- VII De carentia terrene consolationis.
- VIII De solitudine et carentia societatis.
- IX De odio et inimicitia.

De consolatione sup carentia seu
amissione amici. Ca. I.

Drimo igitur turbari non debes de
amici carentia seu amissione: quia
si amicum perdidisti: hoc patienter fe-
ras propter deum. Habebis enim coram
deo felix commercium. Nam terrena pro celestibus:
peritura pro eternis commutabis: et fiet tibi re-
compensatio perpetua omnium propter christum patienter
perditorum. Amicum perdidisti: si malus erat:
noli dolere propter te: ipse enim te forsitan perdi-
disset. Scriptum quippe est: Cum peruerso puer-
teris. Porro si bonus erat: iam non perdidisti sed

ipsum ad regna celestia premisisti ut locum tibi
pararet inter sidereas mansiones. Unde Bernardus.
Quando nos moriendo deserunt quos amamus:
nouerimus eos non in eternum relinquere nos ma-
luros: sed aliquantulum precedere nos secuturos. De
morte etiam amici boni et iusti nequaquam est tri-
standum: sed potius gratulandum: tum propter utilita-
tem suam: quia pericula et miseriae euasit: tum
etiam propter nostram: quia liberius quam ante
pro nobis apud deum intercedit. Denique quod de
morte amici gaudere potius debeas quam do-
lere: si tamen deum diligas sicut debes: hoc sic
aduertas. Nam multum amans personam gaudet
quando sibi voluntas illius innotescit: et quod pro
loco habere velit cuius voluntati placere sata-
git. Profecto amicum tuum forsitan carius quod in
mundo habes locale reputas: quod quidem si deo
quem te super omnia amare propteris acceptabile
sit et placitum ei: hoc quantum in te est cum
gaudio premitabis: et voluntatem tuam voluntati di-
uine conformabis. Unde Hieronymus. Si nos
defunctos plangimus: quos tamen resurrecturos
credimus: quid faceremus si mori tantum pre-
ciperet deus: voluntas eius utique sola sufficeret
ad solacium cui nullum proponere iubemur affectum.
Et iterum. Placeat homini quicquid deo placet
ob hoc ipsum quod deo placet. hec Hieronymus.

Liber

Deinde si nō vis deo libens offerre qđ repu-
tas esse tuū: offeras saltem hilariter qđ est su-
um. **Uñ Hieronym⁹.** Nihil abstulit tuū qui
recipe dignat⁹ est suū ppriū. Creditorē suum
recipere decuit creditum: et nihil aliud decet
q̄s creditori grās agere mutuātī: et dicere euz
Job: Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño pla-
cuit ita factū est: sit nomē dñi benedictū. **Hec**
Hieron. Sane verbū hoc: Sit nomen domi-
ni bñdictum: sonat in gratiarū actionē: et i ma-
teria ppria excludit merorē et dolorē. Porro
q̄ amicū tibi creditū deo offerre vel potius ei
reddere debeas: s̄ ita cōsidera. **Uñ mirū** decet
d̄ necessitate facere virtutē: s̄ ecce nos omnes
necesse est mori: et ideo nihil restat nisi de ne-
cessitate hac moriēdi facere virtutē: et domo
vite et mortis hac in materia exhibere hilar-
itatē. **Hilarem** em̄ datorē diligit deus. **Letex**
Uñ si vt verus amicus bonū amici tui diligeres:
gaudere deberes q̄ ipse amicus tuus defun-
ctus p mortē a pñibus miserijs et piculis es-
set liberatus. **Uñ Hieron.** Plangere debe-
remus amicis de seculo decedentibus si seculi
cōtra nos inimicitias minime sentiremus: At
nūc periclitari volebat hunc qui dolet aliquē
dormire: et inter fluctus vite presentis videre
cupit miser laborare. **Quid** ergo p dormien-

Octauus

li.

te lachrymas fundis quasi nescias qđ in teip̄o
quotidie patiaris: **Propter** hoc em̄ et dñs di-
scipulos admonet dicens: Si diligeretis me
gauderetis vtiq̄ qz vado ad patrē. **Hec Hier⁹.**
Rursum quādo doles de morte amici tui tūc
quidē doles de diuina circa amicū tuū dispo-
sitione: de qua tibi vt amico est nequaquā dolē-
dū sed gaudendū: eo q̄ nouit de⁹ qđ diu amico
mo expediat viuere vel quando mori. **Uñ**
Hiero. Plāgimus inq̄t bñficia dñi qui nouit
quō nre presentē infirmitati. **Uñ Augustin⁹**
De salute inq̄t corporis mei qđ diu qđ mihi sit
vile nescio: tibi dñe hoc cōmitto. Porro de
amici morte dolens videt ppriā vtilitatē a deo
sibi prouisam recusare. De morte nāq̄ amici
frequēter homini puenit vtilitas cōsistens in
eius qđ ipsum impediret remotio. **Uñ** amicū
huius mūdi frequēter impediūt iter sa-
lutis: nā cor diligētis se ad mundū alliciunt: et
eorū infortunia vel calamitates offendūt. **Et**
vt ait Augustin⁹: Sepe offendit de⁹ ne offen-
datur amicus. Sit ergo nobis eoz s̄tractio
tolerabilis vel etiā grata: quoz presentia no-
bis est dispendiosa. **Dolorē** etiā mortis scōm
Hieronymū: sopire debet spes resurrectiōis.
Uñ q̄ em̄ cū dolore cōcordat spes: nec quā-
cunq̄ iacturā sentit fides. **Uñ et Ambrosius:**

Dortē nō pbam⁹ esse lugendā: qz ad moduz
somnia a labore mūdi requiescere facit in spe re
surrectionis. Et iteruz. Cessent lachryme: qd
debet aliqd inter fidos z pfidos intesse. Fle
ant suos qui eos ī ppetuū interisse existimāt:
quia spem resurrectionis nō habent. Nobis
vero quibus mori non nature sed huius vi
te finis est: qz natura ipa reparabit in melius:
mortis casus abstergat omnes fletus. hec Am
brosius. **Uñ z Aug⁹**: Beatus q amat te dñe:
et amicū in te et inimicū ppter te: nullū enim
carū ille solus amittit cui om̄s in illo cari sunt
qui non amittit: te autē dñe nemo amittit nisi
qui dimittit.

De separatione amicorū. Ca. II.

Iñ sup de fratris spūalis separte nō de
bes dolere s̄ aīo cōstans esse. Demine
ris q in patrū collationib⁹ sic dicit: Nec obest
virili virtute fūdatis p locoꝝ interualla dissi
gi. Apud dñm nāqz moꝝ nō locoꝝ vnitas fra
tres habitatiōe coniungit. Tu etiā qui doles
de amici tui separte vel recessu: recordare q
ipse xps qui dixerat discipulis: Ego dico vos
amicos: qz quecumqz audiui a patre nota feci
vobis. Ea notificatiōe nō obstante eisdē dice
bat: Expedi vobis vt ego vadā: si em̄ nō ab
iero paraclitus nō veniet ad vos: si autē abe

ro mittā eū ad vos. Quis igit inferior discipu
lis non p̄sumet absqz nō talis et tanti: nō tam
sancti: nō tam pficus: nō tam celestis: sed exi
gui: sed carnalis: sed terrestris: s̄ vel in aliqua
parte vitiosi et peccāris amici recessu: illū su
premū paraditū cōsolatorē optimū se esse re
cepturū. Mimirū scdm mentē Gregorij: Tā
to quisqz a supno amore: et p cōseqns a cōso
latione dissiūgitur: quāto inferius z in presen
tia carnalis amici delectatur. Gaudeat ḡ pru
dēs amator de carnalis amici recessu: atqz ip
sū eligat p habēdo celestis paraditi accessu.
**De perditione amicitie scz antiq
vel prioris. Caplm. III.**

Noli etiā tritari de perditione fidelita
tis et amicitie impense: cū etiā illud xpo
dei virtuti et sapientie legitur accidisse. Pro
fecto xps dei filius vnigenitus quosdā disci
pulos pre oībus alijs elegit: quib⁹ tāqz ami
cis singulariter familiaribus quecūqz audiuit
a patre notificauit: et p carissimis eos habu
it: et nihilominus q ipi eū desererent dum ab
eo fugerāt: immo q p iudā traderet: z om̄e be
neficiū ei impensū perderet: hoc elegit qz libe
re hoc voluit. Quomō ergo si simile aliquid
tibi accidit: si ab amicis desertus es: si amici

tiā ipsam seu fidelitatē eis impēsam pdidisti: cū sit bonū vtpote ad tuū pncipiū exemplare et finale te reducēs: et ad desertionē mūdi ⁊ celestii amorē te inducēs. Quō inq̄ tale bonus te poterit cōtristari: p̄sertim cū exemplū chri- sti te in talibus ad oppositū tristicie debeat me- rito inclinare: Vñ Ambrosius. Voluit xp̄us deseri: voluit prodi: ab ap̄lo suo tradi: vt tu si deseri fueris a socio: pditus ab ip̄so: modera- te seras tuū errasse iudiciū: periisse bñficiū.

De mala societate ieuitabili. III.

DE mala q̄z societate non debes dolere: qz hoc ad virtutū exercitiū tibi poterit cōferre. Vnde iuxta Gregl: sententiā: mali vtiliter tolerantur. Tolerandi inq̄t vbiq̄ sūt pri- mi: quia abel fieri nō valet quē cayn malicia nō exercet. Ecce dicit Abel de quo dicit sc̄ptu- ra: Respexit dñs ad Abel et ad munera eius. Per hoc autē apte datur intelligi q̄ bonorūz operū munera ante conspectū dei tanto sunt magis grata et accepta: quanto eorū cū qui- bus habitant maior fuerit malicie repugnan- tia. Deniq̄z homo bon⁹ p̄ malorū societatem tāq̄ sibi cōtrarioz: incōparabili⁹ meli⁹ q̄ bo- nis tantū associatus: virtutū suarū vires expe- ritur. Propularū autē virū experimentū ha- bere p̄fecto est vñs de bonis maximis estimā-

dū. Audi et Hieronymū sup maloz societate te psolantē. Qui inquit bonus p̄manet nō pol- luitur si malo societur: sed qui malus est i bo- nū p̄uertitur si boni exempla sectetur. Scito etiā ad magnū honorē cōferre: i mala societa- te bene viuere. Vñ Bernar. Non mediocris titulus virtutis est inter p̄auos bene viuere: ⁊ inter malignātes innocētie retinere candorē ⁊ morū vnitatē. hec Bernar. Et certe bñ dicit. Nā et liliū inter spinas signāter cōmēdat: et incōparabilis virgo ei cōparatur.

De carētia hūani fauoris. Ca. V.

Quā ad extra cōuersatio min⁹ est gratio- sa: sed cogites de deo creatore tuo q̄ ipse fecit nos et nō ipsi nos. Cogites etiā hoc q̄ nō est dare aliquid pure malū: non turberis itaq̄ q̄ natura seu potius auctor nature deus te fecit talē: scz ingratiolum ad extra ac rudem et ru- sticanū. Sperandū p̄fecto est: q̄ supnoz suo- rū intuitu oculoꝝ te gratiose respexerit ad in- tra: ad interius scilicet tuū cōseruando lumen qd̄ in te est: ne illud ventosa aura fauoris ho- minū ab extra spirāte forsitan extinguat. Si sit tua conuersatio ingratiolum in terris: sit tua cōuersatio magis grata in celis. Que ⁊ si hu- mana nō fuerit vel hoibus grata: melioꝝ so-

te celestis esse poterit et diuina. Sis ergo libe-
 ter foris rusticanus: interius autem diuinus: Ca-
 reas libe-ter tanquam tediolus gratia humani so-
 latij: ut deus solatij et totius consolationis tecum
 sit interius: et tu secum superius: ut sic cuilibet
 illorum a quibus ut minus graciosus despiceret:
 dici valeat illud poeticum: Si quae virtute nites:
 ne despice quenquam. Ex alia quadam forsitan il-
 le nitet. Denique graciosus ad extra sic sepe dis-
 trahitur quod ab intus gratijs totaliter euacuat.
 Nempe persona quilibet te diligens: imo quelibet
 eius dilectio tibi grata deprenderetur tibi ani-
 mam tuam: id est: ad se raperet aliquid tui cordis: ac
 te periculosius captiuaret: ita nimirum quod cor-
 tuum magis laceraret: et donis spiritualibus prae-
 retur: ac minus deo coniunctum esset: quo per se-
 quens minus bene illi esset: minusque eius caris-
 simam dona perciperet. Profecto oculi amicabili-
 tum respectum: faciunt hominem auolare distans:
 scilicet a deo suo et etiam a seipso: ac hominem non in se
 seu apud se in suo proprio comodo remanere: et
 trahit ad exteriora in quibus non est vera hominis
 mansio: sed potius transitus peregrinus: et mi-
 to melius esset homini manere in se et apud se
 in sua propria mansione quam meteter foris euagare.

Relictione ab amico. Ca. VI:
 Arsium non sit tibi graue ab amico vel

alio homine derelinqui: ratione alicuius pre-
 sidij per ipsum habendi: quod refugere poteris cum
 certa spe ad presidium fortioris. Unde Ambrosius.
 De diuina miseratione tunc sperandum amplius est:
 cum presidia humana defecerint. hec Ambrosius.
 Et bene quidem derelictus ab hominibus non est de-
 sertus a deo: quod ipsi in gratissima habitatione con-
 seruat: scilicet in seipso. Unde Augustinus. De medicina
 mentis est non sano: regula est prauo: lux est te-
 nebrato: habitatio est deserto. hec Augustinus. Et
 ecce quod multipliciter deus est presidio: scilicet non sa-
 no per medicamentum: prauo per regulam vitam:
 tenebrato per lucem internam: deserto per inhabita-
 tionem gratissimam que scilicet est ipse. Nimirum in ip-
 so viuimus: mouemur et sumus: ut dicit scri-
 ptura. Sed reuera multominus quam diuites ha-
 bent paupes de sua relictione querulari: di-
 modo non a quo vel a quibus derelicti: sed ma-
 gis cui sunt relictii attenderint. Profecto relictii
 sunt ei qui teste scriptura dicit homini in se con-
 fidenti et solis precibus necessarijs contento:
 Non te deseram nec derelinquam. Relictii sunt ei qui
 sedet super thronum et iudicat equitate: qui so-
 lus laborem et dolorem considerat: adiutor in tribu-
 lationibus. De quo dicit: Tibi derelictus est
 pauper: pupillo tu eris adiutor. Sed profecto
 deo relictus: est minime derelictus: est nimirum

potius feliciter benedictus. Siquidem si maledictus est qui confidit in homine: sequitur quasi a contrario sensu: quod is benedictus est qui confidit in domino qui derelictus est.

De carentia terrene consolationis.

Capitulum VII.

Nec tristeris de carentia terrene consolationis: quia quod terrenam paratam habet consolationem: difficulter abstinet quin ea etiam utatur: ex quo sequi solet quod celesti mox priuatur. **U**n Bernar. Delicata est diuina consolatio: quae non datur admittentibus alienam. Huius rei figuram habemus in libro Josue: quod postquam filii Israel comederunt de fructibus terre defecit manna. Manna quidem de celo datum habens in se omne delectamentum et omnis saporis suauitatem: apertissime significat celestem seu diuinam consolationem ultra modum delectabilem. Fructus autem terre: terrenam quam quis fruitur significat delectationem. Quod ergo manna defecit dum fructus terre comeditur: apte significat diuinam consolationem deficere vel non dare ei qui terrena consolatione pascitur seu satiat. Si igitur humanas seu terrenas consolationes sponte declinaueris et respueris: ad solum deum qui appellatus est deus totius consolationis: per consolationem recurrendo: scito et non dubites quin non solum consolationem sed etiam exultationem a deo persequeris.

Ipse enim consolator est optimus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra nisi obicem ponam. Sed quem psalmista sermonem dirigens: Secundum multitudinem inquit dolorum in corde meo consolationes tue letificauerunt animam meam. Huius autem consolationi obicem ponimus: quando humana et terrenam consolationem desiderio querimus et in effectu recipimus. Non ergo ponas obicem per terrenam consolationem: et mox habebis consolationem hanc magnam et in futuro plenissimam. Si itaque tu cares hominum consolatione: fac te necessitate virtutem: ita ut nec velis recipere: utpote generoso tuo spiritui: tantum indignam humanam consolationem: sed potius si occurrerent consolationes: dicas eis cum sancto Job: Consolatores onerosi omnes vos estis. Consolatur enim deus precipue eam qui humanam recipere renuit consolationem: testatur psalmista qui ait: Renuit consolari animam meam: sed consolatione terrena sed non diuina: quod memor fui dei et delectatus sum et exercitatus sum et defecit spiritus meus: sed propius: quasi iam transformatus quantum hic possibile est per omnes suae affectionis transfusionem in voluntatem dei.

De solitudine et carentia societatis. **Capitulum VIII.**

Nec de solitudine et carentia societatis tristeris: et maxime vulgariam et turbamam:

que nata est impedire sanctitatē. *Uñ Orige.*
 Quādiu q̄s pmixtus est turbis et in multitu-
 dine fluctuātū voluptatū: nec vacat soli deo:
 nec segregatus est a vulgo: nō potest esse san-
 ctus. Huius rei quodāmodo reddit Seneca
 rationē. Quid inq̄t tibi precipue vitādū exi-
 stimes: queris turbā. Mūq̄ illi tutus cōmisce-
 ris: inimica multozū cōuersatio: nemo nō ali-
 qd vitū nob ingerit: aut cōmodat: aut imp-
 mit: quo maior est plus cui cōmiscemur: hic
 periculi plus est. hec Seneca. Et iterū Qua-
 rior redeo: ambitiosior: luxuriosior: imo x̄o
 crudelior: et inhumanior: qz inter homies fui.
 Et ideo vt idem Seneca dicit: Qui depone-
 re vult desideria rerū oīm quarū cupiditate
 flagrauit: et oculos et aures ab his que reliq̄t:
 auertat. hec Seneca. Societas etiā hominū
 potest impedire vel interrompe cōtinuū mē-
 tis p̄gressum in deum. In quo quidē p̄gres-
 su p̄ societate hominū mereť solitudo comita-
 tū vtiq̄ digniorē: salubriorē atq̄ tutiorē: san-
 ctarū videlicet cogitationū. *Uñ Ambro.* de
 virgine loquēs gl̄iosa maria inquit. Ad ipsos
 ingressus angeli inuēta est domi in penetrali-
 bus sine comite: ne q̄s intentionē abrumperet:
 ne q̄s obstreperet: neq̄ em̄ comites feminas
 desiderabat: q̄ bonas cogitationes comites ha-

bebat: q̄netiā tūc sibi minus sola videbat cū
 sola esset: nā quēadmodū sola cui tot libri ad-
 essent: tot archāgeli: tot p̄phete: hec Ambro.
 Quid ergo cōqueritur solitudinē copiam ha-
 bens ip̄oz libroz: *Uñ Hieronym⁹.* Sa-
 piens nunq̄ solus esse potest scz simpliciter.
 Habet em̄ secū omnes q̄ sūt vel fuerūt boni:
 et aim liberū: et quecūq̄ vult p̄fert et trāsferet:
 et qd corpore nō potest cogitatione cōplecti:
 et si hominū inopia fuerit: loquit cū deo: nun-
 q̄ minus solus erit. *Hec Hieronym⁹.* Qui si-
 milē celestē societate cōsequēdi cōsiderationē
 habens: et in vasta solitudine horrozē esse sup-
 ponens: dicit sic. Infinita heremi vastitas te
 terret: sed tu paradīsum mēte deambula: quo-
 tienscūq̄ cogitatione ac mēte illuc cōscende-
 ris: totiens in heremo nō eris. *Hec Hieron.*

De odio et inimicitia. Ca. IX.

O Emū noli turbari et cōqueri te esse exo-
 sum et inimicitias patientē: s̄ magis in-
 de gaudeas. *Uñ* em̄ p̄ hoc implebis illud
 cōsiliū dñi: Diligite inimicos v̄ros: bñfacite
 his q̄ oderūt vos. Quippe nisi esset q̄ te habe-
 ret odio inimicū nō haberes: quē habere ad-
 modū est salubre. Is nāq̄ est tibi exercitatio:
 is est tibi excellētiorū meritorū occasio. *De*
 imozare verba dñi dicentis: Si diligitis eos

Liber

q̄ vos diligūt: quā mercedē habebītis: nonne et ethnici hoc faciūt: Sane si a pluribus culpa tua exigēte haberi odio: facilior culpe erit remissio et leuior punitio. Si vero nō exigēte culpa: ipsi dei maior ad te erit sanctorumq̄ affectio: et maior tibi debet merces ē celo. Ex his lucide patet q̄ plus p̄fert homini inimicorū odiū: q̄ dilectio amicorū. Radix quidē est omnis boni: et p̄ consequens multiplicis boni q̄ quis ex p̄secutionib⁹ consequi potest. Deniq̄ q̄ exosus es: vel h̄ est. p̄pter carentiā virtutum: vel p̄pter zelum iusticie et fidei. Si p̄pter carentiā virtutū et facta iniusta: valet tibi hac de causa exosum esse: tum q̄a facilius corrigeris: et ad correctionē tuā magis conaberis: tū quia p̄ hoc humiliaberis: et vel pro parte puniris et pena futura minor erit. Porro si p̄pter zelum iusticie: et maxime fidei contrariū sentiētibus sis exosus: iure martyr dici poteris: p̄fecto ex eo q̄ p̄pter fidem aut p̄pter iusticiā occideris. Qui em̄ odit fratrem suū homicida est. Sed nec oditens fratrem posset dici homicida: nisi ille quem odierit occideret: et per consequēs exosus multis a multis et multoties occidetur. Martyrii autē gl̄ia corā deo et angelis et nō ē parua. Et ideo specialit̄ canitur de martyre: Dagna est gloria eius in salutari

Nonus Fo. lviij

no. Igit̄ Seneca monitis et exemplo nō curas placere populo: q̄ sc̄dm̄ eū multo magis ad rē p̄tinet qualis tibi videaris q̄ q̄lis alijs. Nam talis nō est verus christi seruus qui ad huc placet: id est: placere cupit hoib⁹ magis q̄ deo. An̄ apl̄s. Si adhuc hoibus placere christi seruus non essem.

Nonus liber cōtinet cōsolationū remedia oportuna cōtra illa turbatiua que opponūtur delictis et voluptati. Et habet capla. VIII.

- I De p̄solatione sup̄ carētia voluptatū.
- II De paupere victu.
- III De sobrietate et temperantia.
- III De ieiunio et abstinentia.
- V De habitatione arta.
- VI De habitatione nō delectabili.
- VII De vili et duro vestitu.
- VIII De lectisternijs vilibus.

De cōsolatione super carentia voluptatum. Ca. I.

Primo ergo non debes turbari de terrenarū voluptatū carentia: q̄a male sūt et miserū te faciūt. Unde Seneca, Quis hostis in quemq̄

tam cōtumeliosus fuit: q̄ in quosdā voluptates sue: Quidā se voluptatibus immergunt: quib⁹ in cōsuetudinē adductis carere nō possunt: et ob hoc miserimi sūt q̄ eo puenierūt: vt illis que supuacua fuerūt facta sūt necessaria. Seruiūt itaq̄ voluptatib⁹ nō fruūtur: et mala sua qđ maloz vltimū ē amāt. hec Sen. Vñ et Boetius. Quid de corporis voluptatibus loquar: quarū appetentiā quidez plena est anxietat: satietas vero penitētie: Quātos ille morbos: q̄ intolerabiles dolores quasi quēdā nequitie fructū solent referre corporibus: Quarū quidē morus qđ habeat iocunditatis ignoro. Tristes vero esse voluptatū exitus. Quisquis reminisci libidinū suaz vult: intelligit. hec Boetius. Mirū voluptates ipam vitā corporis impugnāt. Vñ Sen. Potest nostra pudentia longiorē prorogare huic corpusculo morā: si voluptates quibus maior pars perit poterimus regere et coercere. Ex hac auctoritate argue ad. ppositum p sensū cōtrariū. Item bone vite que precipue penes animā attendit repugnāt. Vñ Tullius. Omēs bene viuēdi rationes in virtute sūt collocāde: nō ergo in voluptatibus. Deniq̄ voluptates: teste saluatore: spine sūt: que verbū dei suffocant. Sic em̄ animā sauciant vt xbi

dei capacē esse minus sināt. Sūt et arma diaboli testate papa Innocentio. Ociositas inquit et voluptas arma sunt antiqui hostis ad miserās aīas capiendas. Et premittit ociositatem voluptati: quia ociositas occasio est voluptatis. Porro si voluptatū terrenarū copiam haberes: diuinaz visitationū inopiā incurreres. Vñ Bernardus. Vñ q̄ se ingerit amor mūdi cū cōsolationibus: immo desolationibus suis: obseruat aditus: p fenestras irruit: mentem occupat: sed non eius qui dixit: Renuit cōsolari anima mea: memor fui dei et delectatus sū. Preoccupatū nempe secularibus desiderijs animū: delectatio sancta declinat: misceri nō potuerūt vera vanis: nec eterna caducis: spūalia corporalib⁹: summa imis: vt pariter sapias que sursum sūt et q̄ sup terram. Vnde benignissimus ille magister ait: Rogabo patrē meū et aliū paracletum dabit vobis spūm veritatis vt maneat vobiscū in eternū. Studiat qui huic sterquilinio semper inheret: qui carnē fouet: in carne seminat: carnē sapit: nihilominus cōsolationē supne visitationis: illam torrentē voluptatis: illaz sapere gratiā spūs vebemētis: quā vt veritas ipa testatur: nec cū ipsa quidē verbi carne suscipe nullatenus apli meruerūt. Sed dū illa morat inquit

es: sine aliqua consolatione esse non possunt: imo vero si moram fecerit expecta eam: quia veniet et non tardabit. Apostoli decem dies in hac expectatione sederunt perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et maria matre iesu. Cui nos gratie pro nostro exiguitatis modulo preparantes: exinanire nosmetipsos pro omnia et a delectationibus miseris et caducis consolationibus euacuare studeamus carissimi corda nostra. Et iterum. Amant in carne sua terrenas consolationum culas siue in verbo siue in significatione siue in aliquo alio: et si hec interrumpunt aliquando: non tamen penitus rumpunt. Unde est quod raro affectiones suas dirigunt in deum: et eorum copunctio non continua: sed horaria est. Impleri autem visitationibus domini anima que his distractionibus subiacet non potest: et quanto magis illis euacuabitur: tanto amplius istis implebitur. Si multum multum: si parum parum: vel forte si magis probas: nunquam istis misceri poterunt: non enim spiritus et caro: ignis et tepiditas in uno domicilio commorantur: presertim cum tepiditas ipsi domino soleat vomitum provocare. h. Ber. Unde et Gregorius dicit. Si carni quod libet abscedimus: mox in spiritu quod delectat invenimus. Unde etiam Augustinus. Si habet animus unde delectetur extrinsecus sine delictis remanet interius.

Et ideo dicit Bernardus: Effusus animus extrinsecus: damna interiora non sentit: quia nec intus est ipse: sed cum in seipsam animam redierit cognoscet quod crudeliter misera semetipsam evisceravit.

De paupere victu. Ca. II.

Quem o homo scias qđ prelati ecclesiastici: sacerdotes: et precipue summi pontifices sūt medici spūales: eo qđ cōtra tumorē contumacie: qui est vtiq; periculosior omni corporali tumorē: inquātū meretur penā gehenne: mēbris corporis christi mystici: et maxime dīcto tumorē infirmatis seu grauatis adhibere habēt spūalem medicinā cēsūre ecclesiastice: cuiusmodi est sentētia excommunicationis: suspensionis et interdicti. Hinc nāq; de excommunicatione dicūt iura: qđ medicinalis est nō mortalis: dūmodo is in quē lata fuerit nō cōtemnat. Qui em̄ excommunicatur: ad hoc sūm ap̄lm: excommunicat: vt spūs saluus fiat. Spiritus igit excommunicati ob tumorē contumacie in periculo esset salutis sue sine excommunicatione. Et nimirū hoc sufficit p cōsolatione. Consolari em̄ solent homines de amarissimis medicinis ppter spem salutis. Deniq; si sentētia excommunicationis in te lata fuerit iusta: ipsam non cōtemnas: sed de ipsa potius psolebis tanq; de salubri medicina: que tāto est salubrior: quāto ab excellentiori apothecario: in cuius cordis apotheca: nō modo virtutes barbarū: sed oīm virtutū aromata cōtinētur:

Libet

est cōfecta: cū nō ab hoīe: vt dīcūt iura: s̄ s̄m
sanctos p̄res a deo p̄cedere vincula ecclīasti-
ca dīnoscat̄ur. **Uñ Chryso.** Nemo cōtemnat
vincula ecclīastica: Nō em̄ est hō qui ligat: s̄
xp̄s q̄ hāc p̄tatem dedit hoīb̄us: z dños fecit
hoīes tanti honoris. Porro si sentētia iūsta
fuerit te nō ligat: dūmodo alias p̄ contemptū
nō ligeris: sed magis patiēter ferēs excōmu-
nicationē iniustā: celestē coronā: iuxta senten-
tiā augustīni mereberis: **Uñq̄** tāto magis p̄-
ciosā: q̄nto sentētiā sustinuerit magis iniuriosā.
Sane si p̄ hoc de excōicatiois vinculo p̄solari
volueris: de suspēsiōis z interdicti vinculis ma-
gis p̄solari valebis: qz sentētia excōicatiois
maior est sc̄dm se oībus penis ecclīasticis. **De**
nīqz nō dubiū qn̄ tua irregularitas z inhabili-
tas pauperiorē te faciat z in gradu hūilliori te
cōstituat: atqz sic ad ḡdū habitualis hūillitat̄
p̄fectiorē te disponat. Porro ḡdus hūillior est
tibi desiderāt amplectēdus gr̄a p̄fectioris hu-
militatis: z h̄ merito te debet p̄solari: qz ḡdus
p̄fectior hūillitatis: nō modo ep̄ali: s̄ z oī orna-
tu ecclīastico p̄amplius te ornabit. **Audi** de h̄
Bernardū ad decorē hūillitatis cōmendādū:
minus dicentē z plus intelligentē. **Nulla** inq̄
splēdidior gēna in omni p̄cipue ornatu sū-
mi pontificis q̄ humilitas.

Duodecimus lxxx

Duodecimus liber continet consola-
tionū remedia cōtra illa turbatiua q̄
opponūt̄ur studio cōtemplationis et
deuotionis. **Et habet cap̄sa. VII.**

- I De cōsolatione sup̄ carentia diuinor̄
z sacramētor̄ tempore interdicti.
- II De subtractione vsus sc̄pture.
- III De subtractione deuotionis et cordis
ariditate.
- III De carentia oportunitatis orandi vt
alta bona faciendi.
- V De exauditionis tarditate.
- VI De frustratione petitiōis p̄ tp̄alibus
- VII De distractione pro aliorum vtilita-
te ac impedimento cōtemplationis.

**De p̄solatiōe sup̄ carētia diuinor̄
z sacramētorū tpe interdicti. Ca. I.**

Diximo igit̄ qz vt estimo: diuina offi-
cia: z ecclesie sacramēta: z specialit̄
sacra cōmunio si nō essent inēdicta
tpe interdicti: sp̄m tuū recrearēt.
Ecce mō ad p̄solatiōnē tibi sit: qz sp̄ualis medi-
cus hanc recreationē vtcūqz interdixit: p̄ hoc
dicit̄as membra corporis xp̄i mystici nō sana
q̄ multū valet taliter dietari. **Nā** hmōi absti-
nētia ē eis sūma medicīa: z si obediat̄ medico:

Liber

signū habent cōsolatoriū: scz signū cōsequēdi in primo sanitatē p sue infirmitatis: puta tumoris p̄tumacie cessationē. Nec obstat q̄ nō in oībus quib⁹ dicta diuinorū z sacramentoz recreatio interdicitur tumor p̄tumacie inuenitur. Nempe p̄pter tumorē vel aliā infirmitatē capitis vel mēbri alterius: sepe ex iussu medici oībus mēbris alijs sanis cibis et potus subtrahitur ex hoc solo q̄ immediate nō sano mēbro adherēt. Mā q̄uis incipiēte hydropi si: tm̄ vñ mēbrū hoīs fit inflatū: ratione tamen illius oībus mēbris alijs potus s̄trahit quātūcūq̄ bonis. Sic autē est et in p̄posito: q̄ dicta recreatio subtrahit etiā sanis mēbris ecclie sine eoz culpa: sed non sine causa: ex eo scz q̄ habēt aliquā adherentiā: vel sc̄dm locū cū nō sanis: vt scz si fieri possit dent operā effi cacē vt cesset tumor arrogātie siue cōtumacie in illis p̄pter quozū culpā lata est sentētia interditi: vel si hoc nō possūt saltē ipsi culpabiles eo citius ad cor redeāt: quo magis habent de hoc cōpati alijs et timere dei offensaz grauiorē: q̄ ipsoz occasiōe alijs p̄ predictae sue recreationis s̄tractionē affligatur: que nihilomin⁹ mēbra sana si veracit̄ sana sūt: vtpote ad corpus xp̄i mysticū cōmune sibi z alijs bene disposita: etiā ipsa p̄ cōmune bonū eiusdē corpo-

Duodecimus Fo. lxxi

ris cōsolēt: quoz p̄fecta sanitas b̄redrit: q̄ vt vobis vtar augustini: coīa p̄p̄is: nō p̄p̄ia cōmunib⁹ aīponāt. Sz ad sana mēbra me p̄ferēs: p̄solatiōisq̄ materiā ad sacre coīonis sacmētū restringēs: loquor ad te q̄ de sanis mēbris es ecclie: O hō si de mēbris sanis es: s̄tracto tibi tpe interditi v̄ aliūde eucharistie sacramēto: b̄ p̄ p̄solatiōe sit tibi q̄ p̄ b̄nō p̄uaris necessario re ipsa sacramēti. Vñ Thomas de aq̄no int̄ b̄ distinguēs ait: Id q̄d ē sacramētū est signū et q̄d est res sacramēti. Duplex autē est res hui⁹ sacramēti. Una q̄dē q̄ est siḡta z p̄tēta: scz ip̄e xp̄s. Alia autē est siḡta z nō cōtēta: scz corp⁹ xp̄i mysticū: q̄d ē societas scōz. b̄ ille. Sacramētū q̄ tm̄ sunt spēs sacmētales. Et esto q̄ haz sumptione mēbra aliqua dicti corp̄is p̄uent tpe interditi: re tm̄ sacramēti vel effectib⁹ ei⁹ nō p̄uāt necessario: imo q̄ntū ad h̄mōi videt̄ eis parū de p̄re: maxie etate p̄uētis: z i his q̄ fidel sūt b̄n instructi: et si i talib⁹ aliqd̄ reperit q̄ min⁹ ea cōsequuntur: b̄ q̄damō stat p̄ eos. Isti nāq̄ nō necessario s̄trahit̄ res sacramēti siḡta z p̄tēta: scz ip̄e xp̄s: quē p̄fecte p̄nt eo tpe saltē desiderare. Sz testate Greg. q̄ p̄fecte deū desiderat p̄fecto iā h̄z quē amat. Nō s̄trahit̄ etiā necessario res siḡta z nō p̄tēta scz corp⁹ xp̄i mysticū: De q̄ dixisse videtur

Libet

btā agnes: **I**nq̄t corp⁹ ei⁹ corpori med so/
ciatū est: scz inq̄ntū ipsa et tāq̄ mēbrū sociata
est. Deniq̄ mēbris sanis etiā q̄ntū ad effectū
sacramēti fit p̄ cōsolatiōe q̄ cibū sacramētalē
corporalit̄ s̄tractū māducare p̄nt fide z desi/
derio. Fide q̄dē: dicēte btō Augustio: Crede
z māducasti. Quātū aut̄ ad desiderium: audi
Thomā aq̄nensē. Sicut inq̄t aliq̄ baptizātur
baptismo flamis p̄pter desiderū baptisimi an̄
q̄ baptizent̄ baptismo aq̄: ita etiā aliq̄ mādu/
cāt spūalit̄ h̄ sacramētū an̄q̄ sacramētalit̄ su/
māt p̄pter desiderū sumēdi ipsū sacramentū.
Et h̄ mō dicūtur baptizari z māducare spūa/
liter z nō sacramētalit̄ illi q̄ desiderāt h̄ sacra/
mēta. h̄ ille. Sane multū expedit z vtile est: q̄
hō sacmēti desiderio supaddat tātā actualem
deuotionē z dispositionē: cū q̄nta alias se pre/
pararet ad vey sacramētū. Si em̄ illo tpe q̄
alias ad sacramētū esset accessur⁹ bñ recolle/
ctus: cōfessus z p̄tritus: p̄ spaciū vni⁹ misse v̄/
circiter deuotiōi se daret ac si esset cōicatur⁹:
z sic disposit⁹ nihilomin⁹ ex obediētia ecclie a
pceptiōe sacmēti z a missa abstineret: h̄ q̄ntū ad
effectū sacri p̄cipiēdū mltū p̄ficeret z iuuaret.

De subtractione vsus sc̄pture. Ca. II.

Porro de s̄tractiōe vsus sacre sc̄pture et
ceteroz b̄mōi noli turbari: qz signū i bo

Duodecimus lxxxii

nū ē tibi. **A**n̄ Hugo loq̄ns de saluatore sic dic̄.
Aut ad discipulos: **N**isi ego abiero paradit⁹ n̄
veniet ad vos: **I**dcirco nimirū dñs iesus di/
scipulis suis se s̄traxit corporalit̄: vt eū discē
rēt amare spūalit̄. Erat em̄ z ipse q̄dē p̄r⁹: id
est: an̄ passionē paradit⁹: id est: p̄solator sc̄m
p̄ntiā corporalē: s̄ h̄ p̄solatio q̄si lac erat d̄ car/
ne manās paruulis. **I**dcirco s̄tractū est lac
vt ad p̄fectionē cōualescerēt amoris spūalis.
Ascēdit siq̄dē i celū: vt corda post se traheret
z dilect⁹ p̄geret post dilectū. **S**z z vsq̄ hodie
x̄ps amicos suos q̄si q̄das corporali p̄ntia cō/
solat in sc̄ptura sacra z ecclie sacramētis atq̄
alijs visibilib⁹ exercitijs x̄tutū: quoz aliqui di/
spēsatorie s̄trahit vsū: vt spūal̄ amor̄ dulce/
dinē tāto puri⁹ p̄cipiāt: q̄ nihil foris h̄nt etiā
in ope x̄tutis ad q̄d mētē suā p̄ intētionē effū/
dāt. **H**ugo **Q**ua p̄ h̄ cōsolatiōis signū ha/
beas q̄ p̄missoz z p̄siliū s̄tractio te p̄turbās
q̄ncq̄ ad mal⁹ q̄ sit ea h̄re bonū hoīs ordiat̄.

De subtractione deuotiōis z cor/ dis ariditate. Ca. III.

Simile ē in cordis ariditate s̄tracto deuo/
tiōis b̄noze. **N**imirū q̄ntū ad hāc ariditatē de/
a q̄ deuotiōis b̄noze deriuat̄: se z deuotionē ip/
saz hac d̄ causa nōnūq̄ dispēsatorie s̄trahit:
vt fidelis aīa deuotionē ipsā p̄r⁹ habit⁹ p̄ ar/
2

Liber

ditatē cordis s̄bseq̄ntē q̄ ad saporosos fructus bonorū opor̄ se sterilē esse sentiēs: mēorūq; deuotiōis p̄terite z p̄dite p̄ desiderii deuotiōis rediture ampli⁹ p̄ficiat: q̄ten⁹ sic ariditas ipsa naturali q̄dāmodo appetitu maiorē deuotiōis humorē q̄ p̄us habuerit attrahat: atq; maiorī desiderio ad deū q̄si p̄ditū reinueniēdū moueat: et dicat cū sp̄sa: Veniat dilect⁹ me⁹ in hortū suū: nō solū vt statī comedat fructū pomorū: s̄ vt añ veniat rigās q̄d est aridū. Ipse nāq; ē cui⁹ int̄ alios p̄ntie sue effect⁹: s̄m Ber. est rigare arida. Sp̄aliter aūt b̄ hoīez q̄ cordis patit̄ ariditatē cōsoletur: q̄ per b̄ nō min⁹ meret̄ q̄n nō habet deuotiōis lachrymas nec sp̄ialem leticiā: p̄t nāq; inniti nihilomin⁹ soli lumini fidei: cui soli inniti nō est parui meriti: s̄ nōnunq; est maioris q̄ sit meritū aliorū.

De carentia oportunitatis orādi vel alia bona faciēdi. Ca. III.

Queterū nō tristeri de carētia oportunitatē orādi vel aliud opus sp̄iale faciēdi: q̄a carētia hmōi si se extēdit ad actū volūtatis: q̄ min⁹ opus sp̄iale p̄fecte potes velle: q̄uis illō exteriori exercitio nō vales p̄ficere. Et b̄ int̄m q̄dē suffic̄ inq̄stū ap̄ deū z multotiēs etiā ap̄ hoīes cū deest facultas: volūtas boni opis p̄ facto reputat̄. An si ita ap̄ deū volūtas boi

Duodecimus lxxxiii

opis: quēadmodū apud eū volūtas p̄i opis p̄ facto reputat̄: Audi de b̄ verbū saluatoris: Dicitū ē inq̄t antiq;: Nō mechaber̄: Ego aūt dico vob; q̄m oīs q̄ viderit mulierē ad p̄cupiscēdū eā: iā mechar⁹ ē eā in corde suo. Sp̄aliter aūt de orōne forsitan attēdis illud verbū apli: Sine inmissiōe orate zc. z tristar̄ ex eo q̄ p̄pter impedimētū aliq̄d v̄ oportūitatē carētiā reputas et̄ impletionē tibi fore impossibilē. S; neq; est ita: q; z itidē apls alibi dicit̄: Orabo sp̄i: orabo z mēte. S; z officii orōis deo acceptabile: p̄ alios doctores scē ecclie cōsolabiliter extēdit. An Aug⁹. Desideriū boni ē orō: et si cōtinuū est desiderii: p̄tinua est orō. An z Amb. Nūq; desinit iust⁹ orare nisi desinat iustus esse: semp orat qui semper b̄n agit.

De exauditionis tarditate. Ca. V.

Quod turbari debes d̄ orōis difficultate v̄ exauditiōis tarditate tibi p̄limū ad bonū petite cōmēdat valorē. Quo etiā tibi dat iducias rei petite p̄siderādī magnitudinē: eo z auget desiderii ad capacitatē paritq; adauget dū exaudit p̄ceptiōis dulcorē. Nepe z cibum dare differēs auget esuriē: q̄ quāto sit int̄stior: tāto cibi sumptio tādē reddit̄ dulcor seu delectabilior. An Aug⁹. Cū tardius dat de⁹: cō-

Libet

mēdat dona nō negat: diu desiderata dulcius
obtinēt: cito autē data vilescūt: pete: quere: ita
petēdo ⁊ q̄rendo crescat vt capias: seruat tibi
de^o qđ cito dare n̄ vult: vt ⁊ tu discas magna
magne desiderare. **Uñ ⁊ Bre.** Desideria n̄ra
vtiq; dilatiōe extēdūt vt p̄ficiāt: ⁊ p̄ficiūt vt
ad h̄ qđ p̄ceptura sūt p̄ualescāt: exercitāt i cer
taie vt maiorib⁹ p̄mijs cumulēt i retributiōe:
labor p̄trahit pugne vt crescat corōa victorū.

De frustratiōe petitiōis p̄ tpalib⁹. VI

O Frustratiōe etiā petitiōis tue p̄ re tpali
facte noli tristē esse: vtq; p̄t mat⁹ bonū
tuū a deo tibi denegāte. Ipse em̄ nouit qđ tu
nescis. Nō em̄ negaret qđ oīa nouit ac bēuol⁹
⁊ diues ē in oēs: nisi sciret q̄ re illa male vsu
rus esses: qđ si p̄scires ipsā n̄ peteres. Pot⁹ ḡ
de negatiōe ei⁹ cōsolare ⁊ gr̄as age deo: qđ ni
hil horū tibi denegaret: nisi gr̄a salutē tue. **Uñ**
⁊ Aug⁹. Cū ea qđ de^o laudat ⁊ p̄mittit ab illo
petit: secure petite: illa em̄ deo p̄pitio p̄cedūt:
qñ autē petit t̄palia cū mō petitez t̄iore: illi cō
mittite vt si p̄sint det: si scit obesse nō det: qđ
em̄ obsit v̄l p̄sit nouit medic⁹ n̄ egrot⁹. Et ite
rū **Aug⁹** sup illo x̄bo saluatoris: Qđcūq; pe
tieritis i noīe meo h̄ faciā. Quid inq̄t est: qđ
cūq; petieritis: cū videam⁹ p̄lex⁹ fideles ei⁹
petere ⁊ n̄ accipere. Et forte p̄pterea qz male
petūt: male em̄ vsurus eo qđ vult accipe deo

Duodecimus lxxxiii

pot⁹ miserāte n̄ accipit. Et seq̄t paucis inter
positis: Audi illic positū sic eē: i noīe meo qđ
ē x̄ps iesus: Iesus significat saluatorē: ac p̄ h̄
qđcūq; petim⁹ aduersus vtilitatē salutis: nō
petim⁹ in noīe saluatoris: ⁊ tñ ip̄e saluator est
nō solū qñ facit qđ petim⁹: veretiā qñ n̄ facit.
Qm̄ qđ videt peti p̄tra salutē n̄ faciēdo se ex
hibet saluatorē. Nouit em̄ medic⁹ qđ pro sua
salute qđ cōtra suā salutē poscat egrotus. Et
ideo p̄traria poscētis n̄ facit volūtātē vt faciat
sanitatē. Sane qđdā q̄uis in noīe ei⁹ petam⁹
nō tūc qñ petim⁹ facit s̄ cū facit differtur qđ
petimus nō negat. **Hec Augustinus.**

De distractiōe pro alioꝝ vtilitate ac impedimēto p̄teplatiōis. Ca. VII.

Rarsū nō tristeris de tua distractive p̄
alioꝝ vtilitate: qz distractio ratione p̄fe
ctius primoz habita nōnūq; cedit in magnū
bonū habēti. **Uñ Greg⁹.** Caritas qđ diuisa vni
re p̄sueuit cor iusti diuidi p̄ multa cōpellit: qđ
tñ tāto ardēt⁹ in deo colligit: quāto lati⁹ per
scīa desideria spargit. **Uñ ⁊ Innocēt⁹ terti⁹.**
Nulls absq; licētia romani pōtificis occasio
ne quacūq; deserere p̄sumat p̄sulatū: qm̄ si
cut malus bonū minori bono p̄ponitur: ita
cōmunis vtilitas speciali vtilitate p̄feretur.

Liber

Et in h̄ casu recte p̄ponit̄ doctrina silētio: sollicitudo p̄tēplationis: et labor q̄erit̄. Ad q̄d̄ utiq̄ designādū vnigenit̄ dei filī nō de rachele sc̄dm carnē natus ē s̄ de lya. Nec legit̄ eū in domū suā mariā accepisse s̄ marthā. Vñ qñ pōt̄ ep̄s p̄esse et p̄desse nō debet cedēdi postulare licentiā aut etiā obtinere. Vñ et Bernar. Ex bonis opib̄ mēs assueta q̄erit̄ recipit̄ cōsolationē q̄tēs sibi lux vt assolet p̄tēplationis s̄trahit̄. Quis em̄ nō dico p̄tinue: sed v̄ diu dū i h̄ corpore manet lumie p̄tēplatiōis fruat̄: ac q̄tēs corruiat a p̄tēplatiua: toties in actiuā se recipit̄: inde nimirū tāq̄ e vicino familiari reditura in idipsū: qm̄ sūt inuicē p̄ubernales et cohabitāt he due parit̄: est q̄ppe soror marie martha. Et iterū: Hoc si q̄dē vera et casta cōtēplatio habet: vt mētē q̄nto diuiso igne vehemēter succēderit: tāto repleat zelo et desiderio acq̄rēdi deo q̄ eū s̄l̄ diligāt: vt ociū cōtēplatiōis p̄ studio p̄dicatiōis libētissime inf̄mittat. Et rurū petita votis aliq̄ten̄ in hac parte: tāto ardētius redeat in idip̄m: q̄nto se fructuosū inf̄misse mem̄erit. Et recte s̄upto p̄tēplationis gustu valētius ad acq̄rēda lucra solita alacritate recurrat. s̄ Bern̄. Insup̄ maius p̄m̄iū et idcirco dulcī seu delectabil̄i maiozi merito corūdet: Sed p̄ vite actiue opa p̄tingit̄ maḡ

Tredecimus lxxxv

mereri: et ideo ne illa impediānt optabile est a p̄nti dulcedine vite cōtēplatiue vel p̄tpe impediti. Vñ Thomas aq̄nēs̄. Pōt̄ p̄tingere q̄ aliq̄s i opib̄ vite actiue plus mereat̄ q̄ al̄ in opib̄ vite p̄tēplatiue: puta si p̄pter abundantiam diuini amoris vt eius volūtas impleat̄ p̄pter ipsius gl̄iam interdū sustineat a dulcedine p̄tēplatiōis ad t̄ps separari. s̄ ille. Et certe illud q̄d̄ magis est x̄po placitū: amore ipsi x̄pi h̄nti caritatē magis esse debet etiā consolatorit̄: et ideo etiā ad salutē primoz assumendū. Vñ et Auḡ. Ociū sc̄m̄ q̄rit̄ caritas: negotiū iustū suscipit̄ necessitas caritat̄. Quā sarcinā si nullus imposuit: intuēde vitati vacandū est. Si aut̄ imponit̄: suscipiēda ē p̄ caritatis necessitatē. s̄ ille. Hinc ē q̄ etiā idē Thomas sic dicit. Perfectio caritat̄ est vt aliq̄s p̄t̄ vel amorē p̄termittat dulcedinē cōtēplatiue vite quā magis amaret: et accipiat actiue vite occupationes ad p̄curādū primoz salutē. s̄ ille.

Tertiusdecim̄ liber p̄tinet cōsolationū remedia oportūa p̄tra illa turbatiua que opponūtur bone ipsius corporis dispositioni. Et habet capla XIII

- I De p̄solatiōe sup̄ carētia bonoz corp̄is.
- II De deformitate corp̄is.

Liber

- III De oculorum defectu.
III De surditate:
V De defectu odoratus.
VI De defectu loquere.
VII De membrorum carētia vel deformitate.
VIII De senectute. IX De debilitate
X De infirmitatibus. (corporis).
XI De vite huius breuitate.
XII De tempestiua morte.
XIII De morte iam imminente.
XIII De agonia.

De consolatiōe sup carētia bono- rū corporis. Caplm. I.

Primo igitur o homo cur anima tua tristat
et in malum suum: cur ei tanta est de bonis
corporis cura? Nescis quod teste Salo-
mone: qui delicate nutrit seruum suum postea seruet
est pumacē. Lerte anima est domina: presertim secundum par-
tem superiorem quam libera est: secundum quam homo dominus est actuum
suorum. Estque anima secundum illam ad imaginem dei facta:
secundum dei regem celi formata tamquam eiusdem regis filia.
Corpus vero tenet locum serui: quod secundum corporalem
substantiam natura humana dicitur esse serua vel ancilla.
Non tristat ergo anima de carētia bonorum corporis ser-
ui sui. Non enim debet velle seruum suum pro bonis suis
lasciuire: et in illi delicate nutritum sibi non obedire
sed pumacē sentire: aut seruum suum in bonis suis

Tredecimus lxxxvi

diuitē esse et seipsam spoliare bonis suis et pre-
cipue quod amplius dictum seruum suum lasciuire con-
tulerit in bonis suis: eo magis ipsa domina carebit
bonis propriis virtutibus: scilicet vestimentis que solebant
ipsam redimere. Nis enim gloria eius scilicet huiusmodi filiter
gis abintus in fimbriis aureis circumamicta va-
rietatibus: scilicet in variis habitibus virtutibus: que sunt in-
tus in anima et gratia circumstantibus operationibus sibi in ra-
tione finis attributarum: quemadmodum fines ve-
stitium fimbriis aureis adornantur. Quare ergo tristat
anima et non magis gaudet de bonorum corporis di-
minutione pro suarum virtutum probabili augmentatiōe
vel saltem preseruatione? Nimirum paruipededa sunt
corporis bona que sunt amissibilia. Vnde Boetius primo
nisi ad mundanos dirigens dicit: Estimate qui vult
nisi corpus bonum: dum sciatis si quodcumque mi-
ramini: triuane febri ignicō posse dissolui.

De deformitate corporis. Ca. II.

Porro nec tristari debet de deformitate siue
sit in toto corpore siue in aliqua eius parte. Quod pro
vera virtutum pulchritudine poteris consolari.
Vnde Seneca. Potest ingenium fortissimum ac brissimum
si quilibet cute latere: potest ex deformi humilique
corpore formosus animus ac magnus exire. Non
deformitate corporis fedat animus: sed pulchritudine
anime ornat corpus. Hic ille. Nec solum non fedat ani-
mus deformitate corporis: sed etiam pulchritudine
toties ac placabilior et preciosior efficitur: quod secundum

Liber

Seneca: ois res q̄ nō habuit dec^o: virtute ad-
dita sumit. Et scōm Tullii: sicut sanitas ē pul-
chritudo corporis: ita est virt^o aie. Et ideo q̄
ppter deformitatē hūiliat^o se puulū agnoscit:
scōm q̄ndā glosā: pulcher et speciosus decore
virtutū agnoscit. Nec mir^o si talis reddi^t pre-
ciosior. Est enim hūilitas in hoīe q̄ paruulū
reddit: inuēta q̄si vna p̄ciosa margarita: q̄ licz
videat parua: tū vt magne virtutis et precij est
p̄ celestibus nūdinis cōparāda. Deniq; si hu-
milis aliq; ob deformitatē corporalē solo vno
ḡdu fit hūilior: multo meli^o est h̄ ei q̄ sit mala
maxia deformitas corporalē: cū solus ille ḡ-
dus maris gratijs ḡtis datis p̄ferat. Sz esto
q̄ te deformitas si reddat hūiliorē: saltē te red-
dat minus supbū: et h̄ valde ē magnū scz min^o
esse supbū. Nepe ḡdus s̄tractus supbie: si ad
huc duraret: p̄sertim vsq; in finē tui trāsitus:
tāto eidē ḡdu maior pena deberet: q̄ ois de-
formitas reperibilis ī hoc mūdo si nbi inesset
tantū cruciare nō posset.

De oculorū defectu. Ca. III.

Querū nō debes oculorū defectū grauit^o
ferre: qz defect^o oculorū corporalū non-
nūq; opat cogitationes magis viuaces: et p̄ cō-
tēplationē de die ī diē in altū crescētis: ac sen-
sibus alijs p̄ accidēs nūme impediētib^o: dire-

Tredecimus. Lxxvii

ctus et magis p̄tinue in deū tendētes. Vñ te-
stāte decretoꝝ libro: cecus dicit q̄ supne cōtē-
platiōis lucē ignorat: quā q̄dē ignorantia ma-
gis p̄sumēdū est inesse oculos hūiti: q̄ ei: cecis
parib^o: q̄ p̄uatione oculorū cecus dicit appel-
latiōe vulgari. Quēadmodū em̄ sagittarius
claudit vñū oculū vt allo oculo dirigēte certi-
us mittat telū ad metā seu terminū: ita clauso
p̄ cecitatē oculo carnis: ali^o oculus scz mentis
cogitationū suarū visionē certū attingit metā
seu terminū: ad deū finem vltimū. Nō est etiā
dolendū de oculorū p̄ditōe: qz dep̄dant aīam
celestiū cōtēplatiōe: scz ppter inferiorū rez cō-
cupiscibiliū incautā visionē: Cōtra quā in-
uitū cōcupiscētia generatē dicit Greg^o. Nō
licet intueri q̄ nō licet p̄cupisci. Itē dep̄datur
aīam supnoꝝ amore ppter p̄sequēte in reb^o in-
fimis delectationē. Vñ Greg^o. Tāto quisq; a
supno amore disiungit: q̄nto inferi^o delectat.
Sz et Seneca dicit: cecitatē partē esse innocē-
tie. Nimirū cecitas facit nō videre: ac p̄ cōse-
quēs nō inuidere: sed magna pars est innocētie
nō inuidere. Itē cecitas facit nō impudice vi-
dere: s̄ et h̄ addit ad innocentia: quēadmodū
impudica visio ad vidētis culpā. Insup aua-
ricie et extollētie cecitas oculorū ac mltis vitijs
alijs viā p̄cludit. Vñ Seneca. Oculos p̄didit

Liber

q̄ multis cupiditatib⁹ via incisa est. Oculi enī
irritamēta sūt vitioꝝ: duces scelerū.

De surditate. Ca. III.

Nec d̄ audit⁹ defectu turbari dēs: qz inde
bonū p̄seqr̄is q̄ vana nō audis. Unde
scā Sīndetice. Surdi facti sum⁹: nūc cogno-
uim⁹ q̄ auditū vanū amisim⁹. Itē meli⁹ audi-
re poter̄ auditu hoīs interioris ⁊ aure cordis
occulta ⁊ secreta v̄ba diuīe inspiratiōis: ⁊ q̄si
susurro dei hoīem interi⁹ secreti⁹ alloq̄ntis p̄-
cipiēda modis occultis. Vñ psalmīsta. Audīā
qd loq̄tur ī me dñs de⁹: q̄si diceret: Tāq̄ sur-
dus nō audiēs qd sonat vel dicat ex me forin-
sec⁹: audīā qd loq̄t ī me dñs de⁹: qz a strepitu
mūdi q̄ foris īq̄tat sū auersus. Vñ et salua-
tor dixit: Surdi audiūt: qd moralit̄ sic intelli-
ge. Surdi p̄ p̄uationē audit⁹ extioris audiūt
auditū hoīs intioris. Hīc ē q̄ p̄sonis religio-
sis: q̄ ad v̄ba diuīe inspiratiōis auditū mētis
seu aure cordis p̄fecte p̄cipienda aptiores esse
debēt: certis locis ⁊ t̄pib⁹ silētiū vt audit⁹ ex-
terior vacet serios⁹ imperat̄. Deniq̄ o hō tu
q̄ foris surditatē pater̄: te ad bonū multiplex
disponētē int̄ne auditōis: nouer̄ p̄ter p̄missa
bonū aliud singulare exp̄ssū esse ī cāt̄icis: vbi
dic̄ sp̄osa deiformis: Aīa mea liq̄facta ē vt di-
lect⁹ locut⁹ est: q̄si dicat cū psalmīsta: Factū ē

Tredecimus lxxxviii.

cor meū tāq̄ cera liq̄scēs: scz q̄si dilect⁹ aīe ip̄-
sā aīam alloq̄t̄ int̄na inspiratiōe. De q̄ ei⁹ allo-
quūo dic̄ psal. Ignitū eloquiū tuū vebemēt̄.
Ignita aut̄ cerā resoluūt ⁊ liq̄scere faciūt. Ig-
nito aut̄ eloq̄o seu alloq̄o interne inspiratiōis
attacta aīa velut ab igne cera in sui dilecti dñi
cedinē cōtinue resoluūt ⁊ liquefcit.

De defectu odoratus. Ca. V.

Rurū d̄ odorādi defectu n̄ tristet̄: s̄ par-
cipiēdas p̄ceptionē odorū rex corporalū n̄
semp̄ tibi p̄ntiū nec haberi possibilī ad īpar
odores s̄tēdū. Expedi qdē magis vt cōten-
das satiari ⁊ delectari in odorib⁹ v̄tutū ac in
odorib⁹ inde pueniētū ī corpibus sc̄toꝝ. Vñ.
pe q̄nto mag⁹ odores corporū nafales parui-
pēdis: tāto magis ad sp̄nales ⁊ sup̄naturales
odores p̄cipiēdos p̄ficiēs ⁊ ascēdis. Cōt̄icias
q̄ de odorib⁹ v̄tutū q̄ sint p̄fecti: ex q̄z q̄si re-
dūdātia seu corespōdētia cōtingit multiplici
sc̄ptoz testimoio miros odores corporales ī sc̄o-
rū reliquijs sensibil̄ exp̄iri. P̄fecto si b̄ita-
se h̄z ī corporib⁹ nōdū gl̄ificatis necdū reāia-
tis: q̄nto magis in gl̄ificatis aīabus sc̄tissi-
mis: cū v̄tutū suaz p̄cipuis odoribus int̄ne
sibi vnitis: ipsis virtutū sp̄ualibus odorib⁹ in-
corpora gl̄iosa p̄ redūdātā corporalit̄ descē-
dētib⁹. Et si hoc erit in alijs sanctis: q̄nto ma-
gis in virgine gl̄iosa: quantoq̄ incōparabili⁹

Liber

In ipso xpo. Tu g̃ hō q̃ speras tādē ineffabilē
recreari ppetuis odorib⁹ talib⁹ z tātis: nonne
dignū putas parvipēdēdos esse odores hui⁹
mūdi: ac p̃inde nō curādū si defectū habeas
in actu vel instrumēto odorādī: Tāto nāq; p̃
fectius z delectabilī⁹ dictā unēsam suauitatē
celestiū odorū p̃cipies: q̃nto in p̃nti magis ad
h̃ p̃ modū meriti te disponis p̃tēdō sc̃z p̃
tū odorū naturalū recreatiōes: ac per conse
quēs minime curādō defectū sensus vel orga
ni quo ipsos sentire posses.

De defectu loquele. Caplm. VI.

Nec ob loquele defectū seu carentiā p̃tur
beris: qz alta quedā interioris hoīs ē se
creta loq̃la multo int̃mior: dulcior z suauior:
q̃ hō sc̃dm Hieronymū: si hoīm copia defue
rit loq̃tur cum deo. Qua etiā loq̃la loquit̃ hō
cū x̃gie gl̃iosa: cū angelis z p̃prio suo angelo.
Qua deniq; loq̃la loq̃tur hō cū q̃libet sc̃to: et
cū oībus de numero br̃oꝝ: ac cū caris suis vl̃
parētib⁹: q̃s sperat esse in societate ciniū sup
noꝝ. Nec mirū q̃ p̃m interiorē hoīem q̃ntū
cūq; balbutiēs siue mutus loq̃ poterit: cum z
sc̃dm illuz cantare ei possibile sit: Paulo b̃ in
nuēte z dicēte: Cātantes z psallētes ī cordib⁹
ṽris d̃ño Sane q̃nta eoz sit multitudo q̃bus
etiā mut⁹ loq̃ poterit: quāteq; sint dignitatis

Tredecimus lxxxix.

patet ex p̃missis. Que cura igit̃ erit ei si pau
cis respectiue z multo indigniorib⁹ tāq; x̃mi
culis hui⁹ mūdi homib⁹ loq̃ nō p̃t: Sed nec
trāseūdū q̃ sicut dic̃ Greg⁹: Tāto vnusq; a
supno amore disiungit̃: q̃nto infer⁹ delectat̃.
Ita p̃fecto tāto vnusq; ab interno cū sc̃tis
colloq̃o impedit̃: q̃nto infer⁹ terrenis creatu
ris colloq̃ndo delectat̃. Et rursus ec̃tra: Tā
to q̃sq; mutus: cetis parib⁹: magis ī supno cū
caris suis colloq̃o delectat̃: q̃nto infer⁹ exte
riori colloq̃o p̃uat̃. Cesset g̃ ei⁹ q̃rela de loq̃le
carētia: z dicat verbū cōsimile de colloq̃o cū
amicis vel q̃buscūq; hoibus terrenis: quale
verbū magdalēa teste Origene dixit de collo
quio cū angelis. Nolo inq̃t angelos videre:
nolo cū angelis manere si ceperit mibi multa
narrare: z si voluero eis ad oīa r̃ndere: timeo
ne amorē meū magis impediāt q̃ expediant.
De mēbroꝝ carētia vel defoꝝmi
tate. Caplm. VII.

Nisup nec de p̃dictoꝝ nec quozcūq; mē
broꝝ carētia vel defectu turbari debes:
qz forte eoz occasione ad aliq̃ illicita p̃petrā
da tēptarēris: a quib⁹ tēptatiōibus ad modū
plurimū supportaris: q̃s q̃dē tēptatiōes si ha
beres: nescis an vnq; eas vincere posses: sed
m

verissimi⁹ in toto vel i parte succūberes. Et si de mēbroz carētia vl' defectu turbar: seq̄t q̄ de tua vtilitate turbar: de q̄ poti⁹ gaudere deberes. **Uñ Hiero.** Si q̄s fortitudinē latronis vel pirate eneruat: z eos infirmos reddit: pdest ill' sua infirmitas. Debilitata em̄ mēbra qb⁹ nō bñ vtebāt: a malo ope cessabūt. **Quic** aūt sentētie satis p̄cordat illud p̄siliū saluatoris: Si man⁹ tua vel pes tu⁹ scādalizat te: absconde eū z p̄ice abs te: scz saltē corde. **Deh⁹** est tibi ad vitā ingredi debilē vl' claudū: q̄ du as man⁹ vel duos pedes habētē mitti in ignē eternū. **Deniqz** mēbroz carētia vel defectus aut toti⁹ corpis seu alicui⁹ part⁹ ei⁹ deformitas eo valet tibi: q̄ mun⁹ pcedis in publicum: magisqz domi manēs: custodis cubiculū tuū: paratioz seq̄ redēptioz nr̄i cōsiliū q̄ moner: vt cū ozaueris intra in cubiculū tuū z clauso ostio ozes patrē tuū. **Deinde** sup oīa valet b q̄ defect⁹ vel deformitas: siue sit i toto corpe: siue i aliq̄ eius parte: hūiliat hoīem de facili: **Supbiāqz** sociā pulchritudis nō finit i eo regnare: q̄ radix est oīz malī: q̄ quidē si inuale sceret: radicē omniū virtutū scz humilitatē extirparet: qua sola acquisita vel retenta nil est de quo conqueri homo haberet.

De senectute. Caplm. VIII.

Proterea de senectute nō trister? q̄ i se iocūdi⁹ est. **Uñ Sene.** Jocundissima etas ē senect⁹: iā nō tā p̄ceps q̄ dulce ē cupiditates fatigasse ac reliq̄sse. **Et itez.** Magnū expecta gaudii cū puerilē animū deposueris z te in virū philosophie trāstuleris. **S Seneca.** Deniqz meli⁹ est esse iuuenē z recentē fm̄ hominē interiorē ac senilē et deficientē scdm̄ exteriorē: q̄ ecōuerso esse iuuenē ac recentē fm̄ hoīem exteriorē ac esse veterē z deficientē scdm̄ interiorē. **Sz ecce** fm̄ aplm̄: licet is q̄ foris ē nr̄ hō corūpat: tū is q̄ int⁹ est renouat de die in diē. **Et p̄fecto** multo meli⁹ ē int⁹ siue scdm̄ interiorē hoīem quē de⁹ p̄ncipalit̄ inhabitat: mūdū esse z pulchrū cū aliq̄ imūdicia vel deformitate exterior⁹ hoīs: q̄ ecōuerso mūdū esse vel pulchrū scdm̄ exteriorē cū imūdicia vel deformitate hoīs interioris. **Minimz** quo tu senior es: eo mag⁹ disponeris vt deponas secundū pristinā cōuersationē veterē hominē q̄ corrupit scdm̄ desideria carnis: et renoueris spū mētis induēs nouū hominē: eo q̄ magis appropinqs ad dignissimā interioris hominis iuuetutē: et non solū spū mētis sed etiā terreno corpore renouat. **Uñ i** qdā sermone de p̄tecoste olim p̄phetā dictū erat: **Emitte spū tuū et creabunt z renouabis faciē terre.**

Uere nūc noua est nri corporis terra dñi spūa
lis in nob fructificat i mūdo doctria. hec ibi.
Sed ecce terra hui⁹ mūdi dñi p singulos an
nos pferit nouos flores: frōdes ⁊ fructus: vi
det inuonata: qre ⁊ terra nri corpori dñi ex spi
rituali doctria corporat i ea resultat bonoz
opez fruct⁹: videt esse noua. Quippe p h reno
uatio mēt videt i nouitatē corpis redūdasse.

De debilitate corporis. Ca. IX.

Ceterū nec trīstari debes de corporis de
bilitate ⁊ fortitudis carētia: qz est p vti
litate tua. Uñ Bern. Sepe i robusto ⁊ vege
tato corpore aīm⁹ mollior iacet atqz tepidior.
Et rursū In corpe debiliz ifirmo fortior viger
pmpriorqz spūs. Qd vtiqz expertū i se apls
cōtestās: Uñ infirmoz inqt tūc fortior sū ⁊ po
tēs. Uñ ⁊ Hieron. Fortitudo corporis imbe
cillitas mētis est. Et rursū imbecillitas corpo
ris ē fortitudo aie. h ille. Gaude ḡ pot⁹ de cor
poris imbecillitate. Qua em̄ ratione gaudere
habes de aie seu animi fortitudine siue spiritu
pmpitudine: eadē ratioe nō solū n̄ debes trī
stari de carētia fortitudis corporalis: s̄ magl
gaudere debes de corporis imbecillitate.

De infirmitatibus. Ca. X.

Similiter de infirmitate corporis quā ti
bi de⁹ imittit n̄ trīstet: s̄ eā habeas tā

q̄ bñficiū ⁊ grām visitationis: et gaudeas de
signo salutis: sperās h̄ tibi fieri ad dandā sciē
tiā salutē tue i remissionē pctōz tuoz: p visce
ra misericordie sue in qbus visitauit te orlēs
ex alto. Uñ i patz libro de qdā legit: qz cū fre
qnter infirmaret i corpore: ptingit vt vno anno
nulla eū egritudo ptingeret: ⁊ ptea flebat ⁊ ḡ
uiter ferebat dicēs: Reliqsti me dñe ⁊ noluisti
me h̄ anno visitare. Et ideo vt qdā ali⁹ sener
dixit: Si te occupauerit infirmitas corporis:
noli pusillanims fieri: s̄ patiēt fer: ⁊ roga deū
vt donet tibi q̄ expedit: h̄ est: qz volūtas sua
fiat. Sūma. n. religio ē vt i infirmitate q̄s agat
grās deo. Vultū etiā te debet cōsolari plens
egritudo: qz si et⁹ penā volūtarie sustines in h̄
mūdo: h̄ te liberare posset a maximis penis ⁊
diu sustinēdis in purgatorio.

De vite huius breuitate. Ca. XI

Non turberis de vite breuitate: s̄
magl studeas puidēter agere: ⁊ potius
bonos act⁹ q̄ dies multiplicare. Uñ ⁊ Sene.
Unus dies hoim eruditor plus valet q̄ im
periti lōgissīma etas. Et iterū. Sapiēs semp
cogitat q̄lis n̄ q̄nta sit vita. Nō em̄ viuere bo
nū ē s̄ bñ viuere. Et itez. Qz bñ viuas refert:
nō q̄ diu: actu vitā metiamur nō tpe. h̄ Sene.
Sed si de breui vita gaudere nō potes: sis vl

Liber

Indifferēs cū Augustio: q̄ solus cū deo collo/
q̄ns dicit: De salute corporis mei q̄diu qd̄ mi/
hi sit vtile nescio: tibi dñe h̄ cōmitto. Qui etiā
De male accedētib⁹ lōge vite sic dicit. Vita h̄
est dubia: vita ceca: vita erumposa: quā hūo/
res tumidāt: dolores extenuāt: ardores exci/
cāt: aera morbidāt: esce inflant: ieiunia mace/
rāt: ioci soluūt: tristicie p̄sumūt: sollicitudo co/
artat: securitas hebetat: diuitie iactāt: paup/
tas deijcit: iuuētus extollit: senect⁹ incuruat:
infirmitas frāgit: meror dep̄mit: et post h̄ oia
mors inf̄mit et vniuersis gaudijs finē iponit:
vita vt cū eē desierint n̄ fuisse putent. h̄ Aug⁹.

De tempestiua morte: Ca. XII.

DEniq; de morte tēpestiua si bñ intelli/
ges: pl⁹ gaudere q̄ turbari deberes. Vñ
Vincēt⁹. Quidā ad sc̄m ludouicū frācorū re/
gē sic scribit. Dors iudex ē cui⁹ iudicio sb̄ici/
unt et oēs reges et impatores. Iudex iste t̄naz
citationē sc̄m iuris formā solet facere. Pri⁹
est egritudo: sc̄da ē corpis defectio: tertia h̄o/
pemptoria ē: quā n̄ p̄ nūciū facit h̄ ipsamet ve/
nit. Quāq; t̄n p̄ trib⁹ vnā facit: qñ sc̄z iudex lū/
m⁹ sb̄ q̄ mors ē iudex delegat⁹ ex aliq̄ causa vult
festinare. Mā electos suos qñq; cit⁹ euocat ne
cadāt: malos etiā ne pctis pctā supaddāt: h̄ il.
De morte iam imminēte. Ca. XIII

Tredecimus xcii.

DEinde de morte imminēte nō tristeris s̄
poti⁹ gaude: qz mors miseriarū finis est
et obliuio. Vñ Sen. Dors maloz oim reme/
diū est. Et ideo idē Sen. dicit: qz rudis est ty/
rānus q̄ morte penā exigit: qz ipsū a pena li/
berat quē punire se credit. Et ppter h̄ etiā de
mortuis dixit Iohes in apocalypsi. Amodo
iā dicit sp̄s vt req̄scāt a laborib⁹ suis. Dors
ē etiā eterne ac iocūde vite ingressus et inchoa/
tio: Et ideo trāsitus sc̄toz natale eoz ab eccle/
sia appellat. Vñ Cypanus. Qui nūc morimur
ad immortalitē morte trāsgredimur: nec pōt
eterna vita succedere: nisi p̄tigerit hic exire. h̄
ille. Nos q̄ gliemur de morte: q̄ pficiscimur
ad dñm deū nr̄m: dñm vniuersoz: et ad glo/
sam ei⁹ genitricē reginā celoz: et generalit̄ ad
societātē ciuium supernoz.

De agonia. Caplm. XIII.

DEniq; si i agone n̄ p̄soleris p̄t demonū
tēptatiōes et ipugnatiōes: inuoca h̄ginē sc̄tāz
katherinā. De q̄ canit ecclia: Imminēte pas/
siōe h̄go h̄ interferit: asseq̄t iesu bone qd̄ a te
petierit suo q̄sq; i agōe mēoz mei fuerit. Et ec/
ce ad ipsā facta ē vox celit⁹ eā asserēs eē exau/
ditā. Hāc igit̄ i agōe tuo iuoca. Sz sup oia re/
ginā h̄ginē iuoca: d̄ q̄ sic ait V̄erū. Ille solus
o h̄go btā tuas laudes sileat: q̄ fidelit̄ iuocatā

Liber

sensit vnq̄ in suis necessitatib⁹ sibi defuisse.
Et iter: Si criminū imanitate turbat: si p̄sci
entie feditate cōfusus: si iudicij t̄oze p̄terit⁹:
si baratro desperatiōis absorpt⁹: mariā cogi
ta: mariā inuoca: nō recedat a corde: nō rece
dat ab ore: nā ipsam cogitās nō erras: ipsam
rogans nō desperas. **Be** Bernardus.

**Quartusdecim⁹ liber cōtinet conso
lationū remedia cōtra turbatiua que
opponūtur bono ipsius aie dispositio
ni seu cōditioni. Et habet capla. V.**

- I De p̄solatiōe sup actuali v̄tutū carē
- II De difficili acq̄sitiōe v̄tutū aie. (tia.
- III De stimulis carnis ⁊ inclinatione ⁊ p
nitate in malū.
- III De iracundia.
- V De tristitia sup erronea cōscientia.

**De cōsolatione sup actuali virtu
tū carentia. Caplm. I.**

Primo igit̄ cōsidera v̄tutis ip̄ria:
⁊ cognosces nō lōge distare a te cō
solationē tibi necessariā sup virtu
tū carētia. Minuz sicut p̄esto eēt
cōsolatio sup auri carētia: ad qd̄ habēdū via
homini patēs esset: ⁊ ad qd̄ ipsū aurū q̄si exi
tēs sui ip̄suo nūc⁹ hoīem liberalit̄ inuitaret:

Decimusquartus rciū

Ita p̄fecto et homini credēt̄ se carere v̄tutib⁹
p̄sto seu p̄p̄nua est cōsolatio si attendat eius
ip̄ria his silia q̄ de auro sūt supposita. **De** qui
bus diē **Sen.** Nulli p̄clusa est virtus: oibus
pater: oēs iuitat: oēs admittit: n̄ eligit domū:
nō censū: nudo homie cōtēta est. **h̄ Sen.** Tu
etiā hō q̄ p̄q̄ris v̄tutib⁹ te carere: vide q̄ b̄n̄
cōsideres: Aut em̄ amas v̄tutes: aut n̄ amas.
Si qd̄ nō amas: ad qd̄ tūc de eaz carētia cō
tristaris. Si v̄o virtutes amas: v̄l amas q̄ in
te sūt vel in alijs. Si amas illas q̄ in te existūt
quō credis te v̄tutes nō h̄re. Si amas v̄tu
tes q̄ in alijs sūt: iā p̄uinceris te v̄tutes h̄re.
Uñ Sen. Scias eū multis v̄tutib⁹ abūda
re qui alienas amat.

De difficili acq̄sitiōe v̄tutū aie. II.

Porro libēs posses incōmodis difficulta
tis acq̄rēdi virtutes tolerare: p̄ maximo
cōmodo cōseq̄nte in v̄tutū acq̄sitiōe ⁊ cō
sūmatiōe. Ecce em̄ adeptis v̄tutib⁹: scias q̄
p̄ eas conseq̄ris aie ornamentū ⁊ nitore: q̄ vt
dicit̄ i decretis: virtutes sūt q̄si picture ad aie
ornamētū: q̄ illa aia a deo depingit̄ q̄ habet
v̄tutū grām renitētē. Itē p̄ v̄tutes cōseq̄
ris aie a vitijis vulnerate medicamētū. **Unde**
Breg⁹. Quid ē v̄tus nisi medicamētū: ⁊ qd̄
vitiū nisi vulnus: Itē cōseq̄ris a p̄culis mu

Liber

nimentū. An dñs volens post passionē discipulos exponere periculis dicebat eis: Sedete in ciuitate quousq; induamini virtute ex alto. Itē cōsequeris grām hoīm. Unde Seneca. Ideo grōsa est virtus vt insitū sit malis pbare meliora. Itē equanimitatē cōsequeris. An Augustin⁹. Vir⁹ ē eq̄litas quedā vite vndios psonās rationi. Sz bec p̄dicatio est causalis. Mā equalitatē huiusmodi virtus causat. Mēpe scōm Senecā: animū reddit aspis blādiosq; inuictū: neutri se fortune s̄mittentē: quē nulla vis frāgat: quē nō attollant fortuita: nec deprimāt. Itē cōsequeris honorē et honestatē. Honestus em̄ vt dicit Isidorus: dicit aliq; eo q; nō aliquid habet turpitudis. Et subdit. Mā qd est honestas: nisi honor p̄petuus et q̄si honoris status: Itē cōsequeris generositatem. An Seneca. Quis est generosus ad virtutē a natura cōposit⁹: Itē cōsequeris optimā societate. An Seneca. Om̄ societati nulla p̄stantior: nulla firmior est: q̄ cū boni viri moribus similes: familiaritate sūt cōsueti. Itē p̄sequeris regalē p̄tātē et bonā mētis institutionē. Sicut em̄ regnū bene institutū est si recte in eo cōsularur et recte impetur et recte obediat: sic mēs bn̄ instituta est cū ratio recte cōsultat: voluntas recte impat et vires subiecte voluntati recte obe-

Decimusquartus xciiii.

diūt. Hāc autē bonā institutionē virt⁹ in mēte facit. Ipa em̄ rōnē illūinat et voluntatē d̄ fruitute vitioꝝ ad impiū s̄blimat. An Seneca. Eis honorē h̄re: magnū impiū dabo tibi Impa tibi.

De stimulis carnis et inclinatione et p̄nitente in malū. Caplm. III.

Queterū de stimulis carnis et vitioꝝ inclinatione ad peccādū et p̄nitente in malū nō desperes. Facile em̄ isti defect⁹ sūt remediabiles tāq; nature nō ingenti nec infixi. Unde Seneca. Nulla naturalia corporis et animi vitia ponit: q̄cqd̄ infixū et ingentū ē leuiter n̄ vincit. h̄ ille. Quasi dicat: arte p̄nit leuiter vitia vincit: scz arte bone p̄suetudis. Mēpe reglā iuris est: q; ois res p̄ q̄scūq; causas nascit̄ p̄ eandem dissoluit: Sz p̄suetudine vitii nascit̄: et q̄ nō mirū si etiā cōsuetudie scz p̄traria vitii dissoluat̄ seu vincat̄ cōsuetudie scz recte operādī q̄ virtus acq̄rit̄. Que vt dicit Aug⁹: ars est recte viuēdi: qua qdē arte habita simul habet̄ ars cōtra reliquas vitioꝝ si que sūt seu cōtra stimulū carnis et p̄nitentes in malum facile trahit̄. Hinc nāq; Socrates virtutē laudās: dixit ip̄am esse que res impossibiles ad possibilem redigeret facilitatē. Sic q̄ vt tactū est: virtus et p̄nitentia in malū arte quadā leuiter superatur. Sed esto q; nō leuiter id fieret: profecto

Liber

hoc ipsum plurimum confert. Tunc enim exercitium circa materiam virtutis quod esse dinoscitur circa bonum et difficile: coronam digne pro aliis meretur. Quippe puritas nature corrupte ad actus libidiniosos si victa fuerit coronat virginem. Et pari pacto universaliter puritas in malum si vincatur vel portionem aliquam addit ad coronam quam in cellis expectamus: sed nec coronatur nisi quod legitime certauerit. Denique stimuli vitiorum et puritas in malum sunt materia ex qua poteris tibi scalam facere per quam post christum aie tue dilectum ad celestem paradisum ad locum illum voluptatis et ineffabilis gaudiorum valeas ascendere. Fac ergo tibi scalam per quam illo ascendere valeas ex illa lignorum materia quorum in horro conscientie tue plurima forsitam succreuisse inuenies. Audi Augustinum. hanc materiam mirabilem tibi indicant: videlicet vitia tua et passionem eorum arte quamdam scalam tibi optimam fabricabis. Nepe de christi loquens ascensione ait. Post illum ergo quomodo possumus ascendere: et corpore sequimur illum affectuque pariter. Ascendemus autem si viderimus quomodo nostrum vitia et passiones subdere sibi studeat ac super ea stare assuescat: et ex ipsis sibi gradum construatur: quod possit ad superiora conscendere: eleuabit nos si fuerit infra nos. De vitis nostris scalam nobis facimus si vitia calcamus. **De ira. Cap. III.**

Decimusquartus xcv

Rursum noli conqueri de iracundia tua seu passione ire: quod tibi satis est proficua ratione habere victoriae. Nepe si paulus stimulum sibi datum non sensisset: non tam gloriosam victoriam quam non mediocre gaudium portionem ad coronam ipsam addidit habuisset. Sic etiam si iracundia seu ira quod tibi materia est spiritualis exercitii careres: nec victoriam coronanda obtineres. **Ubi Ambrosius.** Preclarum est motum temperare consilio: nec minoris virtutis dicitur cohibere iracundiam: indignationem compescere: quam omnino non irasci: cum plerumque illud leuius: istud fortius estimetur. **Ubi et Cassiodorus.** Deltor est qui vincit iram: quam quod capit ciuitatem. Denique scias passionem ire etiam in pluribus casibus esse necessariam: presertim si a fruente ratione impetatur. **Ubi Chrysostomus.** Si ira non fuerit: nec doctrina proficit: nec iudicia stant: nec crimina compescuntur. Iraque quod cum causa non irascitur peccat. Patientia enim irrationabilis vitia seminat: negligentiam nutrit: et non solum malos sed etiam bonos ad malum inuitat. Qui cum causa irascitur non fratri irascitur sed vitio. **h. Chrysostomus.** Scias etiam quod sicut dicit Thomas ad quoniam de perfectione aliquarum virtutum est ira sicut fortitudinis: ut dicitur in ethicis. Qui etiam dicit: quod ira quoniam dicitur voluntas vindicandi aliquod maleficium: et sic ira non est passio proprie loquendo: nec est in irascibili sed in voluntate: et sic ira est in

Liber

deo et in beatis: et fuit in christo. Alio modo dicitur
propter iram passio quodam vis irascibilis: quae contingit
ex hoc quod appetitus sensibilis tendit ad defensionem
alicuius quod apprehendit contrarium voluto et desi-
derato: et si quidem sit ex ordine rationis insurgens
vel ordinata ratione: sic dicitur ira per zelum: et sic
fuit in christo. h. Thomas. Qui rursus dicit: quod ira
secundum quod est passio: non opponit mansuetudini sed
est materia eius circa quam: quia etiam mitis irasci-
tur quando oportet. Sed et philosophus in ethicis
dicit: quod non irasci in quibus oportet insipienter est.
De tristitia super erronea conscientia. Ca. v
Proterea circa passionem conscientie scias du-
pliciter conscientiam esse erroneam. Pri-
mo quia nimis lata: secundo quia nimis arcta.
Utroque enim modo a medio virtutis deviat
et in via mortis errat. Primo modo habet erro-
neam conscientiam homines mundani et peccatores: qui
viam mortis faciunt sibi latam que ducit ad perditio-
nem. Et hi siles sunt cuidam seni qui transire volens li-
gnum transversaliter super ripam positum: fecit ipsum be-
rillo mediante latius quod esset apparere: quique pe-
de suum ad partem illam posuit quam arte sua appo-
suit: et sic in aquam cecidit. Secundo modo conscie-
ntiam habet erroneam illi frequenter qui de nouo ad
deum sunt conversi spirituales viri: vel quicumque ho-

Decimusquartus xvij

mines deuoti et cum hoc timorati: qui similes
sunt illis qui per pontem satis latum habent ire: quem
tamen magus aliquis strictum eis ad similitudinem
fili vel calami facit apparere: quibus magus est dia-
bolus qui hoc moraliter solet facere. Hi autem quia
timorati sunt: verentur sicut Job omnia opera sua
sive interiora sive exteriora. De conscientia er-
ro primo modo erronea: eo quod est nimis lata: quae
quidem contritione: confessione et satisfactione cu-
ratur: hoc in loco non tractabit: sed tamen modo de
secunda: quae est nimis arcta: que si forsitan te per-
turbar: ad consolationes sequentes recurras. Deni-
que circa erroneam et nimis arctam conscientiam pro
vno remedio est sciendum: quod in dubiis vita bono-
rum virorum debet alijs esse viuendi regula et ex-
emplum. Est igitur respiciendum ad facta bonorum
virorum et discretorum: et si plures tales vel ut in
pluribus casu tali eis occurrente sic vel sic se
habere inuenires: ac estimatione tua iudica-
res: tunc et tu similiter agere non formides. Si
dices forte in contrarium: quod tales viri et si bonas
habeant conscientiam: non tamen scientiam circa illam ma-
teriam: vel e converso habentes scientiam non habent con-
scientiam: vel si haberent utrumque forte sic non face-
ret. Ad hoc tibi respondeo: quod quando non est om-
nino certum: probabile tamen est et modicum du-
bium: quando simul scientiam habet et bonam conscientiam:

Liber

et qñ ita se haberēt si casus tales eis occurrerēt: tūc p̄ excusatiōe tua noueris esse sat̄ si similit̄ feceris. Attēde etiā qđ qđā canon dicit: nō solū in iurādo s̄ in oī qđ agit s̄ est moderatio solliciti⁹ obfuāda. Si in talē forte lapsū versus hostis inciderim⁹ insidijs: ex quo sine pcti⁹ tragico surgere nō possum⁹: illū poti⁹ euidē aditū petam⁹ qđ min⁹ piculi nos p̄pessuros esse cernim⁹. **Uñ z Breg⁹:** Ad destruēdas behemoth⁹ vsutias: subtiliter fiat vt cū mens inter mīora z maxia pctā p̄stringit̄: si oīno n̄lus sine pctō adit⁹ pater: mīora semp̄ eligant̄: qz z qđ muroz ambitu vndiqz ne fugiat clauditur: ibi se in fugā p̄cipitat vbi breuior murus ingerit̄. **Uñ cū in dubijs p̄stringimur:** vtiliter minimis s̄bdimur: ne ī magnis sine venia peccem⁹. Itaqz p̄plex⁹ neruo z behemoth istius p̄plexitas soluit̄: dū ad vtutes maxias p̄ commissa minora trāsīt. **s̄ Breg⁹.** **Uñ z Raymū:** dus in sūma sua infert: qđ veritate inspecta nihil ē p̄plexitas. Nec pōt aliqs esse p̄plex⁹ int̄ duo mala necessitate astrict⁹ ad aliqd malū p̄petrādū. **s̄ ille.** Quo dicēte: qđ nō pōt esse aliqs necessitate astrictus ad aliqd malū p̄petrādū: dicit ei⁹ glosator: nisi p̄pter errozē p̄sciētie: aut p̄pter malā voluntatē: quā nō vult deponere. **Hec asū videre poteris ex dicit̄ Thomē**

Decimusquartus fo. xcvi

quinēsis. Simpliciter inq̄t nullus est p̄plex⁹ absolute loq̄ndo: s̄ quodā posito nō est incōueniēs illo stāte aliquē p̄plexū fore: sicut intētiōe mala stāte: siue fiat actus qđ est in p̄cepto: siue nō fiat peccatū icurrit̄. Similit̄ etiā stante cōsciētia erronea: qđqd fiat peccatū nō vitat̄. Sed pōt hō prauā cōsciētiā et erroneā sicut z intentionē prauā deponere: et ideo simpliciter nō est p̄plexus. **s̄ Thomas.** Cū itaqz illud qđ admittit̄ ne grauius cōmittat̄ qñqz non vocat̄ peccatū: hoc intellige vel respectu peccati maioris: v̄ scōm estimationē alicui⁹. Quāuis em̄ fm se acceptū sit peccatū: in casu tñ cōtra euentū peiorē siue maioris pcti⁹: nō solū p̄mittit̄: s̄ et licite pōt fieri: qđ tñ circa sp̄m cōsciētia erronea et intētiōe mala deposita v̄aciter desinit esse peccatū. **Mō em̄ plurat̄ qđ nō seruat iuramētū qđ se iurauit facere homicidū.** Nota etiā qđ ī timore cōsciētie mltis modis cōtingit errare. Primo ex ignorantia: qñ qđ nescit qđ eligendū vel declinandū sit. Secūdo ex negligētia: vt qñ qđ negligit cōsciētiā discutere: vel si nescit se expedire: negligit ab alijs querere. Tertio ex supbia: vt qñ quis nō humiliat intellectū suū: vt scz sapiētiorib⁹ et meliorib⁹ se velit credere. Quarto ex singularitate: qua qđ sensū se qns p̄p̄tū: si cōformat

Liber

se alijs: nec seq̄t vias cōmunes doctor. **Quin-**
to ex affectu inordinato: q̄ sepe inclinat p̄sciē-
tiā ad id qd̄ hō vult vel appetit: et sic facit eā a
sua rectitudine deuiare. **Sexto** ex pusillanimi-
tate: q̄ quis timet nō timēda scdm̄ rectū iudi-
ciū rationis. **Septimo** ex pplexitate q̄ quis se
credit inter duo pctā positū esse: quoz alterū
impossibile sit dedinare. **Octauo** ex hūilitate
qua error ex cordis puritate pcedit. **Un̄ Bre.**
Honarū mentiū est ibi culpā cognoscere vbi
culpa nō est. **Debet** q̄ cōfessor vel cōsiliarius
ppter passionē cōsciētie erronee paties esse: et
infirmatū cōpati: et cū oī benignitate cōsulare
ac ligamina ei⁹ cū discretionē soluere. **Cōsciē-**
tiā em̄ erronea etiā multū laudis habet: **Magis**
q̄si nihil est in ea de malo culpe: sed solū error
in intellectu seu apprehēsiua virtute: et multū
de pfectiōe: scz timor et amor dei. **Un̄** nō sunt
deridēdi talē habētes infirmitatē: sed magis
laudādi: vtpote quos adeo vrget caritas et ti-
mor dei filialis: q̄ p toto mūdo nollēt deū sci-
enter offēdere pctō mortali: licet timor vehe-
mēs deū offēdēdi et dubitatio de agēdis nō
nullos h̄mōi intantū pturbet q̄ leprā vel aliū
morbū grauissimū eligerēt: vt a tali essent in-
firmitate supportati: q̄bus ob hoc multū ē cō-
patiendū: sūtq̄ gratiose et benigne ptractādi:
quos nimirū et hoc potest cōsolari q̄ sua infir-

Quintusdecimus xcviii.

mitas est curabilis: qd̄q̄ magni viri hac infir-
mitate scrupulose p̄scientie visi sūt laborasse:
qui tandē curati fuerunt deo cooperante.

Quintusdecim⁹ liber cōtinet cōsola-
tionū remedia oportuna cōtra turba-
tiua q̄ opponūtur spēaliter ipsius aie
securitati et trāquillitati. **Et hz ca. X.**

- I** De p̄solatione sup pusillanimitate si-
- II** De timore hoīm. (ue timiditate.)
- III** De timore raptorum.
- III** De timore diabolice impugnationis.
- V** De timore mortis in genere.
- VI** De timore mortis tēpore tonitruorū.
- VII** De timore mortis ratiōe cuiusuis pe-
riculi imminentis.
- VIII** De timore purgatorij vel inferni.
- IX** De dubitatione predestinationis.
- X** De desperatione ppter graues culpas.

**De p̄solatione sup pusillanimitate
sue timiditate. Caplm. I.**

Primo q̄ noli d̄ pusillanimitate seu
timiditate turbari: q̄a et si mala sit
ei⁹ p̄ditio: a peiore tñ te p̄seruat: vi-
delz a p̄sūptiōe seu p̄sūptuositate i mlt̄a mala
p̄cipitate. **Nimirū** i p̄sūptuositate regnat et relu-
cet supbia: q̄ teste scriptura: odibilis ē corā deo et

Liber

